

MS. Codex 75
~~MS. Lea 23~~

Ms. Codex 75

57. 3R. 90.

Henry C. Lea 1896

Phillipps MSS

20547

.3.3

Burgo (Johannis de) Pupilla Oculi omnibus Presbyteris precipue Anglicanus summe necessaria (in quo tractatur de septem Sacramentorum Administratione de decem Preceptis Decalogi et reliquis Ecclesiasticorum Officiis) cum Indice

Manuscript of the 15th Century, on Vellum by an English Scribe

+7 John de Burgh was Rector of Collingham & Chanr of the University of Cambridge. His work was compiled in 1385, and although the Hand Book of the Clergy, does not appear to have been printed until 1510, when William Bretton, at his own expence, procured from W. Hopyl, a Paris Printer, an edition for the English market.

Humane conditio nature
que sub fluxa presentis mundi de-
cursu temporum currit quanto
tamen a termino quanto
sortitur sue originis
longius deviatur tanto
viribus naturalibus minus
vigoris manifesta probatur et ob id in
perfecte cognitionis intellectualis que suf-
ficientie non indiget quare detineatur
patet consequenter. ¶ Unde carnotensis
in prologo sui policratici: Vita inquit bre-
vis sensus hebes negligentie torpor
et inutiles occupationes nos pauca
scire permittunt et aliquociens scita ex-
cutit ab animo per temporis lapsum fraudatrix
scientie et amica memorie semper
oblivio. ¶ Ad hoc vero incommodum
remedium conveniens ubi litteratura
divina in sacerdotibus non deficeret [illegible] in necessitate
volunt providere quibus potissime
sacre scripture misteria patrum [illegible] de-
creta secundum exigentiam temporum et sta-
bilita mortalibus tradiderunt ut quod
natura per se non sufficit [illegible] docu-
mentis suppleretur et excusationis locus
in hiis que scire oportet ignorantia volun-
taria non haberet. ¶ Quoniam vero
ut apostolus scripta sunt ad nostram doctrinam
scripta sunt ut scilicet que facienda sunt
et que vitanda sunt cognoscamus de-
bet prelatis et simplicibus in tempore in
quos fines seculi devenerunt max-
ime sacerdotibus curatis quibus experien-
tia semper docet esse addiscendum non pigri-
tiam in quo dum [illegible] inventis
offendunt [illegible] de. ¶ Quod
quibus etiam incumbit super commis-
sis sibi gregis vigilias servare et
timenti in tam spacioso pellago divine
scripture et canonum [illegible] sui [illegible]
laxare in scriptura videretur

opus [illegible] et processores mei
quidam zelo animarum permoti de hiis que
regimini conveniunt animarum sunt [illegible]
tatis variosque contexuerunt libros quorum
illos qui sacerdotis oculus intitulatur
cetris ceteris licet plurimum fructuosis
existat. ¶ Modus tamen et ordo trac-
tandi ob quorundam in eo contentorum
prolixitatem replicationem non bene doctrinalis
ordinatur. ¶ Alii vero pro nimia proli-
xitate hic gaudent brevitate modernis
a multis curatis [illegible] et indiscrete negligen-
ter sunt deficientes propter non habent.
¶ Alii propter curatus curatum et simplicium
sacerdotum quorum tractatus huius prol-
lectorem non habent utilitatis [illegible]
scia [illegible] obtemperans quod de-
dicetur a brevitate lucida magis applau-
dunt quam subtilitate. A prolixis similiter
bus non desiderans brevis compendi-
um de hiis que sacerdotibus ignorare non licet
curatis ex variis sive et scriptis quedam
de constitutionibus provincialibus etiam sy-
nodalibus addicienis colligere dignum duxi.
¶ Quod quia de predicto tractatu qui
dicitur oculus sacerdotis pars magna
protracta est. Ne saccatio multis non
quidem superfluis set non tamen necessariis aliis
et adiectis utilibus pupilla oculi et
sui nominandi. Quia sicut in pupilla max-
ime viget virtus videndi cum cetere
partes oculi ei subserviunt tamquam re-
gimini et eam medio situate sunt alias
eam muniunt secundum Bart. libro 5 de proprietatibus.
¶ Ita in hoc tractatu sicut sive eam regimine
regimine animarum quod in [illegible]
cum appellatur. Ex quo de eis et qualiter
ordine eum sit et eius propter pastoralis cura [illegible] cir-
cumdante partes ut ut adiutrices et forme
vel ut ancille subserviunt alie esse.
¶ Hoc itaque opusculum prodere quod non
superbia presumptionis set zelo sincero

affeccionis informacionis compilavi et finis
industria collegi. Et nullus quos latrat
emulorum istius poterit quod diminute invenerit
suppleat. Si quid erroneum aut dictis
autenticis dissonum corrigat et reser-
vet. Si quid vero sanius congestum est
ad dei honorem ab hiis quibus placuit
in usum benignius assumatur. Et ut ex-
de procedendi eorum clarius elucescat
advertendum est quod iste totus tractatus
in decem partes dividitur principales.
¶ Quarum prima tractat de sacramentis
in generali. ¶ 2a de baptismo et eius ef-
fectu. ¶ 3a de sacramento confirmacionis.
¶ 4ta de sacramento eukaristie ce-
lebracione missarum et modo dicendi horas
canonicas. ¶ 5ta de sacramento penitencie
modo audiendi confessiones et absolvendi
et de sua excommunicacione maioris et
minoris. ¶ 6ta de extrema unccione.
¶ 7a de sacramento ordinis et etate et qua-
litate ordinandorum et de penis canoni-
cis que impediunt ordinis execu-
cionem. ¶ 8a de matrimonio sponsalibus
et aliis ad matrimonium pertinentibus. ¶ 9a de con-
secracione ecclesiarum de decimis et pronon-
ciacionibus earum de sepulturis. De festis
et ieiuniis observandis. ¶ 10a de decem
preceptis decalogi et aliis quibusdam
ad informacionem morum utilibus planius tracta-
dis. Et sic in denarius modo quasi limes
et terminus est modorum simplicium tractatus iste
complectens ea que sunt sacerdotibus simplicibus
tenenda. Partes autem singulas suis
locis per capitula distinguimus. ¶ Prima
pars continet breviorum duo continet
capitula. Primum de sacramentorum modo et eo-
rum sufficiencia. ¶ 2m de sacramentis
iterandis et non iterandis et de caractere
sacramentali.

Ut dicit magister
in 4. sentenciarum di. prima. Sacramentum est in-
visibilis gracie visibilis forma

ut ymaginem gerat et causa existat.
Ex qua diffinicione patet [illegible] olim bene
dictum. Causa nunc [illegible] dicta sunt pro-
prie sacramenta quia [illegible] modo licet com-
muniter possunt dici sacra [illegible] nulli tali
ter competit data diffinicio sacramenti. ¶ Sacra-
menta nove legis sunt vii. scilicet baptismus
confirmacio. eukaristia. penitencia. ordo. extre-
ma unccio. matrimonium. Prima tria faciunt bo-
num. Duo ultima multiplicant et ordinant. Quorum modum et
sufficienciam sumunt pro se in quod ipsa conferunt
ad virtutes principales quarum iii sunt
theologice et iiii cardinales. Ad actum
namque fidei innuat baptismus. ¶ Ad actum
spei unccio extrema. Ad actum caritatis
eukaristia. Ad actum prudencie ordo. Ad
actum fortitudinis confirmacio. Ad
actum iusticie penitencia. Et ad actum tempe-
rancie matrimonium. ¶ Est et in homine 2x defec-
tus. ¶ Primus est defectus culpe
et hoc est culpe originalis contra quam
instituitur baptismus. Vel culpe actualis
mortalis contra quam instituitur penitencia. Vel
iiio est defectus culpe actualis venialis
contra quam valet extrema unccio.
¶ 2us defectus penalis sive malum pene
et hic defectus 4x est. Quia vel est ig-
norancia in racione contra quam instituitur
tur sacramentum ordinis. Vel est inclinacio
ad malum contra quam est eukaristia. Vel est
infirmitas in irascibili contra quam est con-
firmacio. Vel est deordinacio in concu-
piscibili contra quam est matrimonium. Horum
sacramentorum sunt ministri ecclesie dispen-
satores. Sed quia quedam respiciunt
excellenciam dignitatis ut sacramentum con-
firmacionis et ordinis ideo a solis episcopis
regulariter conferuntur. Quedam
respiciunt indigenciam necessitatis ut
baptismus et matrimonium. Quorum dispensacio
personis inferioribus conceditur ut
dicetur infra. Quedam vero sacra

Ms. Codex 75

sunt quasi media ut Eukaristia. Prima et ulti-
mo extrema quorum dispensacio ad solos
pertinet sacerdotes. Que sunt quasi media ad
episcopos et inferiores personas constituta secundum
Tho.

Necessitatis

A Necessitatis sacramenta sunt quecumque secundum quosdam
que nunc ordinata sunt ut genera-
liter sumantur ab omnibus christianis quia sunt
baptismus confirmacio eukaristia. Penitentia ex-
trema unctio. Alia vero duo sunt volun-
tatis ut ordo et matrimonium quorum primum viris
perfectis secundum vero tempore nove legis solum
competit viris imperfectis. Sed ut dicunt
alii sola sunt duo sunt sacramenta necessitatis
scilicet baptismus et penitencia. Stricte autem loquen-
do solum baptismus est necessitatis sacramentum quia
in mortis articulo ubi non habetur copia sacer-
dotis sola contricio sufficit ad salutem.
Quomodo autem baptismus sit necessarius dice-
tur inferius. ¶ Item tria sunt sacramenta
in quorum susceptione caracter anime suscipientis
imprimitur qui tamen indelebilis est quia eciam
in morte non separatur, videlicet baptismus con-
firmacio ordo. Unde mortuus homo qui
prius baptizatus confirmatus et
ordinatus fuerat resuscitatus per miracu-
lum non esset baptizandus confirman-
dus vel ordinandus ut xxxii. q. i. [illegible]
[illegible] in glossa. Cathecuminus autem mar-
tirizatus et postea resuscitatus esset
baptizandus propter preceptum ecclesie quia
prius non habuit caracterem impressum
in anima quamvis baptismus sanguinis sibi
B sufficeret ad salutem. ¶ Est autem
caracter quedam qualitas spiritualis
distincta in anima illorum qui suscipiunt sa-
cramentum ab illis qui sacramentum nunquam non suscepe-
runt secundum Ric. super 4. Vel secundum alios ca-
racter est quedam qualitas in ipsa
vi sacra? [illegible] [illegible] ad [illegible]
dendum facilius quid credendum sit et
eciam quid agendum et quid non agendum.
Alii dicunt quod caracter non est aliqua res
absoluta in anima sed relacio ordinis ad

aliquam sacramenti actionem. ¶ Supponitur C
autem sacramentorum trium predictorum carac-
ter imprimitur quia pleno tradi-
tur sive conformatur signum essen-
ciale sacramenti in quo scilicet caracter imprimi-
tur. ¶ Item differunt caracteres sacramentales
a realibus ut dicit Ric.? in sacramentalibus
secundum solum in modo significandi sicut in sigillo
ymaginis regis illud modum sig-
nificandi habet in cera aliud in argento. Alii
dicunt quod caracteres diversorum sacramentorum
specie distinguuntur. ¶ Tria vero sacramenta pre-
dicta scilicet baptismus confirmacio et ordo
quia caracteres imprimunt ideo itera-
ri non possunt. Et quia caracter
baptismalis est fundamentum aliorum
caracterum ideo illo non habito non possunt
ceteri caracteres videlicet confirmacionis
et ordinis imprimi. Unde si quis confir-
matur sive ordinatur non baptizatus
nichil prorsus agitur et talis si baptiza-
retur et post de novo ordinetur non
censebitur in eo sacramentum ordinis iterari
secundum Thomam. ¶ Alia iiii^or sacramenta scilicet eukaristia
penitencia extrema unctio et matrimonium
iterari possunt quia caracteres non
imprimunt. Quedam tamen iterari debent
super eandem personam sive materiam et
ex eadem causa ut eadem hostia non de-
bet consecrari nec idem oleum sive idem
crisma iterato benedici nec idem infirmus
in alia infirmitate superveniente ite-
rato inungi. Nec plerumque penitencia itera-
ri nec per [illegible] benedici. De istis [illegible]
ultimis intelligo ubi consuetudo
non habet contrarium. Et quia plerumque pe-
nitencia iteretur [illegible] [illegible] benedi-
D cantur. ¶ Scito eciam quod sacramenta semper
habent veritatem significacionis sed non semper
habent efficaciam gracie non propter defec-
tum ex parte sui sed ex parte suscipientis
quia nulli dant graciam repugnanti vel
impugnanti formam gracie. Unde sacramenta
non sufficiunt nisi digne accedentes
id est absque ficcione. Quicquid tamen defectus
dignitatis sive preparacionis ex parte suscipientis
suppletur virtute divina: dummodo

suscipiens sacramentum non accedat sicut
ter in mortali peccato ut in proposito pec
candi secundum Tho. ¶ Unde notandum quod qui
dam suscipiunt sacramentum tantum ut
ficte accedentes quibus illud quod sum
itur est signum tantum et sic sumunt sa
cramentum et non rem. Quidam autem su
munt rem sacramenti et non sacramentum ut illi qui
sanctificantur non quidem per sacramentum extra
nos sed per fidem ut aliud supplens vica
rie sacramentum et recipiunt gratiam principalem virtutem
sacramenti. Alii vero tam rem quam
ad sacramentum suscipiunt ut illi qui sacra
mentum externum suscipiunt et obice
quo minus gratia infundatur seu augeatur
non apponunt. Extra de bap. et eius ef.
maiores in fine. ¶ Praeterea sciendum
est quod sacramenta quaedam sunt spiritualia quaedam
sacramentalia sive accidentalia. Quantum ad sub
stantialia non plus valent bona ministri
quam mali quia Deus est operator ut auctor
bonorum vero ut minister. Sed in sacramentalibus sicut sunt
orationes et huiusmodi plus valent opera boni
quam mali. Hoc autem est per actionem non per
se. Quamvis quoque apud haereticos sint
sacramenta vera non tamen valent recipi
entibus nisi ad ecclesiae redeant unitatem
secundum Tho. ¶ Sacramenta novae legis instituta
sunt a Deo sed diversimode. Quaedam enim
instituit ante adventum suum ut matrimonium
et penitentiam sed ea confirmavit in lege gra
tiae penitentiam praedicavit et in propria instituit.
Unctionem extremam instituit cum disci
pulos ad curandum infirmos misit qui
oleo ungebant infirmos ut habetur Mar.
6. Baptismum instituit cum baptismo subiit tra
dens formam baptismi suis discipulis tra
dendo eos baptizare misit. Eucharistiae
sacramentum instituit cum in cena corpus suum
et sanguinem in forma panis et vini tra
didit. Ordinem vero instituit cum dedit
discipulis suis potestatem ligandi et
solvendi et corpus suum conficiendi.
Confirmationis sacramentum instituit cum
parvulos sibi oblatos imponendo eis
manus benedicebat. Matth. 19. ¶ Ulti
mo notandum differentiam inter sacramenta novae legis
et sacramenta veteris legis quia sacramenta no
vae legis iustificant et gratiam conferunt

quod non fecerunt sacramenta legalia
ex vi sacramenti excepta circumcisione quae non
computatur inter legalia quia ipsa
in parvulis tollebat peccatum origina
le et gratiam conferebat non tamen tan
tam sicut baptismus nec tanta efficacia quia
non porrexit ad gloriam nec caracterem
impressit in anima sicut baptismus quia alioquin cir
cumcisi venientes ad fidem Christi non
fuissent baptizandi quod non est verum.
Fiebat autem in circumcisione caracter
carnalis quo distinguebat populum
Israeliticum a populis aliis sicut nunc distin
guitur caracter baptismalis secundum Tho. Secundum
Ric. Scotus tamen quod circumcisio carac
terem imprimebat. ¶ Item notandum quod si
ea quae sunt de substantia sacra
menti omittuntur evacuantur sacramenta et sunt
iteranda seu denuo de novo con
ferenda. Sed omissio illorum quae tantum
sunt congruentiae non evacuant sa
cramenta secundum Tho. ¶ Quod autem sa
cramenta novae legis conferunt gratiam
sciendum quod non tamquam causa efficiens
principalis nec tamquam causa instrumentalis
talis sed dicuntur conferre gratiam
quia ex institutione divina semper sunt
concomitante divina virtute digne
suscipientibus eam gratiam conferentem
secundum Ric. Capitula 2e partis. Primum
capitulum de baptismo et effectu baptismi. ¶ 2m
de ministro baptismi et conditione baptizandi. ¶ 3m de forma baptismi
et quibus modis viciatur. ¶ 4m de
materia debita baptismi et signo. ¶ 5m de tem
pore et loco congruo et fide et in
tentione baptizantis. ¶ 6m de modo baptiza
tionis baptismi. ¶ 7m de diversis casibus in
dubio et [illegible]. ¶ 8m de exorcismo et cathe
cismo et [illegible] baptismi. ¶ 9m de
primo et secundo officio

Cum baptismus ianua sit sacra
mentorum. Primo tractandum
est de baptismo. Triplex autem
est baptismus. Scilicet fluminis flaminis

flaminis et sanguinis ut colligitur de con.
di. iiii. baptismi vicem ¶ Baptismus fluminis
qui fit in aqua [illegible] debita forma con-
suetum more ecclesie. flaminis enim quando
sine fide [illegible] baptismum aliquis baptis-
mus fluminis aliquis non propter negligenciam
seu contemptum sed quia non valet ipsum
baptismum attingere et talis defectum sup-
plet gratia spiritus sancti quam baptismus ex in-
visibiliter ministrat quia non contemptus
religionis sed articulus necessitatis ex-
cludit. extra de presbytero non baptizato
Apostolicam ¶ Baptismus sanguinis est in
martiribus non prius baptizatis qui non possunt
attingere baptismum aque sed in proprio sanguine
baptizantur vel pocius in illo sanguine
Christi in cruce effuso. d. Baptizat sangui-
nis contemptus limpha fides ¶ Istis
hos baptismos tales est dicta. Baptismus
fluminis debite acceptus a tota pena li-
berat et a culpa tam originali quam actu-
ali sine exteriori pena. de con. di. quarta
sine pena. In adultis tamen requirit
penam interiorem et eis gratiam spiritualem in-
fundit et caracterem imprimit ¶ Est
autem originale peccatum deformitas
quam contrahit parvulus cum anima cor-
pori infunditur ex carencia originalis
iusticie que data erat primo homini per
se et tota stirpe sua servanda. quam per
inobedienciam amisit quando primo peccavit
¶ Peccatum vero actuale est quando ho-
mo committit quod facere tenetur vel commit-
tit quod prohibetur ¶ Baptismus et flami-
nis tota culpa delet et dat gratiam in via
in quo consistit meritum ¶ Baptismus vero san-
guinis liberat ab omni temptacione et con-
fert statum premii quia prorsus est in super-
strum evolare. ut dicit Thomas ¶ Sed nec baptis-
mus flaminis nec sanguinis imprimit ca-
racterem quia non imprimunt nisi in actu
aliter vel sic secta baptismatis sed baptismus bap-
sanguinis loco caracteris erit aureola
martirum. ¶ Istum baptismus flami-
nis locum tantum in adultis. alii duo in par-
vulis. de baptismo sanguinis patet de innocen-
tibus occisis pro Christo. de baptismo fluminis ut patet

continue in ecclesia ¶ Istum baptismus fluminis singu-
laris et sufficit. alii duo semper in articulo
necessitatis. Similiter ibi in sacramento ¶ Baptismus
quidem fuit institutus in illo et inchoatus
quando Christus tactu suo mundissime carnis
vim regenerativam aquis contulit. pre-
ceptus quando dixit Nichodemo. nisi
quis renatus fuerit ex aqua et spiritu
sancto. Effectus quando Christus passus
est in cruce. Usus vero eius fuit incho-
atus quando misit discipulos suos ad
predicandum et baptizandum. promulgatus
ad omnes post passionem Christi. ubi
dixit Ite docete omnes gentes baptizantes
eos etc. ut habetur ibi in summa ¶ Istum non quod ad-
ulti iustificati ex originali peccato
per contritionem [illegible] dicit Innocencius baptizari
sed cornelius in credens et iustificatus
post baptizatus est actu Christi [illegible] ut dele-
atur originale quod prius deletum erat
sed quia lex de baptismo suscipiendo generaliter
lata est quibus ad eam omnes obligantur
et ideo quod tales sic iustificati caractere
baptismi non habent et quod fonte pietatis mane-
tem in se iustificatis minuit [illegible]
sacre ¶ Effectus baptismi multiplex est. nam
caracterem imprimit omnem culpam delet
celum aperit virtutes confert peccati fo-
mitem debilitat et augmentat virtu-
tes non requirit gemitum neque plan-
tum vel aliam satisfactionem et intelli-
ge de planctu exteriori quia inte-
rior exigitur in adulto. Unde de hoc
Imprimit [illegible] aperit confert
quod relegat baptismus signum culpa
celum [illegible] planctum. Baptismus dicitur sacra-
mentum fidei ut quod in fide Christi consi-
catur et in fide ecclesie confertur [illegible]
quod in nova infantis confert. de
con. di. iiii. ita et ad summam glo. ¶ Secunda
quod quamvis [illegible] de baptismo ut
in primo [illegible] loquendo
[illegible] est unum baptisma. [illegible] baptismus [illegible]
vice alii duo suppleri possunt in ar-
ticulo necessitatis. unde apostolus ad ephesios
una fides unum baptisma unus deus etc.

Tria sunt de integritate baptismi: scilicet materia, forma verborum et intentio baptizantis. Quod autem convenienter dicuntur predicta, ex hac trina diffinitione baptismi invenimus, que posita fuit a magistris, que talis est:

¶ Baptismus est ablutio corporis exterior in aqua cum intentione debita facta sub forma verborum prescripta. Alii dicunt quod quinque sunt de substantia baptismi: scilicet forma verborum, ablutio corporis totius vel saltem partis dignioris per aquam; tertium quod fiat unico ab uno et eodem tempore, quo ipse met exprimit formam verborum; quartum intentio debita, scilicet generalis vel specialis; quintum est fides baptizandi, quia in adultis requiritur fides propria, in parvulis aliena. Secundum Thomam.

¶ Sed quia baptismus sine ministro tradi non potest, nec aliquis potest seipsum baptizare, cum inter baptizantem et baptizatum requiritur distinctio, sicut in generatione carnali alius est qui generat, alius qui generatur. Extra de bap. Debitum. Unde baptizans seipsum si supervixerit esset denuo baptizandus, quamvis si statim decederet evolaret propter fidem sacramenti, ut dicitur ibidem. ¶ Ideo de ministro baptismi qualis esse debeat primum est dicendum. Pro quo notandum quod nullus debet presumere baptizare in ecclesia nisi sacerdos extra necessitatis articulum. Potest quidem diaconus in absentia presbiteri, ubi extrema necessitas imminet baptizandi, de propriis presumere, ut sacerdotes consueverunt facere, baptizare. 93 di. Diaconos, in glossa. Sed non in presentia presbiteri nisi ab eo iussus, vel quando multi sunt baptizandi et presbiter non potest omnibus sufficere, ut dicitur ibidem in glossa. ¶ Item in ardua necessitate quilibet homo, sive clericus sive laicus, baptizatus sive non baptizatus, sive hereticus sive infidelis, iudeus vel paganus, seu quantumcumque flagitiosus, potest baptizare, et valet baptismus a tali collatus, dummodo habeat intentionem baptizandi generalem seu specialem et servet formam tra-

ditam ab ecclesia, quia non mutat minister primum, scilicet Christus, qui in baptismate operatur. De con. di. iiii. Si inter bonos et eius sequentes. Nec est [illegible] ab aliquo catholico rebaptizandus. Eadem di. Sunt hereticus. Si vero non servat formam ecclesie, baptizatus debet iterum baptizari. De con. di. iiii. Quos a paganis. Si autem aliquis dubitat se esse baptizatum et ignoret cuius fidei fuerat a quo baptisma suscepit, ut dicitur, in forma ecclesie baptizavit, non est rebaptizandus, sed per impositionem manus episcopi unitatis spiritus sancti est catholice copulandus, et si non fuerit confirmatus, confirmandus. De con. di. iiii. De quibus. Item in articulo necessitatis catholicus haberi possit qui baptizet, congruentius est ab eo sumere baptismum quam a non baptizato.

¶ Item pater et mater absque preiudicio copule coniugalis possunt in articulo extreme necessitatis proprium in forma ecclesie baptizare. xxx. q. i. ad limina. Si tamen alii assunt qui baptizare possint, non debent pater et mater proprium filium baptizare.

¶ Item mulier quamvis docta et sancta in conventu docere non licet, ita licet in aliqua urgente necessitatis articulo baptizare. De con. di. iiii. Mulier. Quamvis si vir et mulier simul essent, ubi imminet articulus necessitatis baptizandi puerum, et non esset alius minister ad hoc magis ydoneus presens, vir baptizaret et non mulier, nisi forte mulier bene sciret verba sacramentalia baptismi proferre et non vir, vel aliud impedimentum haberet.

¶ Item notandum quod sacerdos cui competit ex officio baptizare, existens in peccato mortali de quo recolit et non penitet, baptizans presumptuose peccat mortaliter. Baptizans autem in articulo necessitatis in mortali et sine presumptione non peccat mortaliter, secundum Ricardum super quartum. ¶ Item faciens se baptizari scienter ab homine malo precisso ab ecclesia vel ab excommunicato extra mortis articulum peccat mortaliter. Faciens se baptizari a malo sacer-

dote cui competit ex officio se baptizare
et ipsum non est permissum ubi etiam non peccat
mortaliter secundum eundem. ¶ Christianus non
potest aliquem baptizare se q. q. detrahe-
re gloriae: quia ... forma de essentia bap-
tismi certa forma verborum quam unitas pro-
ferre non potest. ¶ Item si unitas et manus
convenirent ad actum baptizandi ita
quod unus immergeret puerum et alius
proferret verba sacramentalia de lege com-
muni non est baptizatus, quia cum baptismus
sit ablutio, proferens verba exprimit
tamen actum baptizandi ab eo a quo
non est sive proferret in singulari sive
in plurali et hoc derogaret efficaciae
baptismi. Ad unitatem enim baptismi requiritur
unitas ministri, non quod plures possint
convenire ad actum abluendi, sed quod
idem sit abluens et formam profe-
rens secundum Ricardum ubi supra di. iiii. Si in ca-
su supradicto unus esset qui manu profe-
rens verba sacramentalia aspergeret pu-
erum aqua quocumque possit. ¶ Item
non possunt ebrii, furiosi et phre-
netici carentes ... baptizare, quia non
possunt in tali statu habere intentio-
nem baptizandi secundum Thomam in scripto. Ebrie-
tate abscedente ebriati et furiosi
advenientibus lucidis intervallis pos-
sunt baptizare. ¶ Item angelo bono
de lege communi non convenit actus bapti-
zandi, quia baptizans et baptizatus debent con-
venire in natura speciei quo ad regene-
ratorem sicut pater et proles in via ge-
nerationis, qualiter non convenit angelus
cum homine. Sed tamen certum est quod
angelus bonus ~~angelus~~ aliquem
baptizasset in corpore assumpto rite fa-
ciendo quae ad baptismum pertinent, non es-
set rebaptizandus. ¶ Sicut basilica quam
dedicavit sanctus Michael in mon-
te Gargano non postea fuit ab
hominibus dedicata. ¶ Angelus vero
malus etiam in effigie humana bap-
tizare non potest, quia qui nulla conveni-
entia habet cum Christo a quo sacramentum baptismi habet
virtutem non potest esse conveniens
minister baptismi. 2 Cor. 6. Quae conventio

Christi ad Belial. Haec Ricardus di. v. Si inferius per revela-
tionem constaret angelum malum ex prae-
cepto divino cum ipsum obedire oporteat
... secundum formam ecclesiae aliquem bap-
tizasse, talis esset rebaptizandus non
esse secundum Thomam in scripto super iiii. ¶ De bap-
tizandis notandum quod non potest aliquis sancti-
ficari per sacramentum baptismi antequam a materno
utero egrediatur, quia qui natus adhuc
secundum Adam non est, secundum Christum regenerari non
potest. De con. di. iiii. Cum in materno.
Hoc intellige ut prius egrediatur secundum
partem, ut infra dicetur. Et haec ratio est
de baptismo fluminis. Licet enim mulier non ...
ipsa baptizetur, huius in utero parvulum
non propter baptismum ipsius est pro baptizatus.
De con. di. iiii. Si ad ... . Sed autem
de fide quod parvulus in utero ipsius oc-
ciderentur eo si non separatim intentio
interficientis sed ad interfectorem ma-
tris parvulus ibi baptizatus est baptismo
sanguinis secundum Ricardum di. 4. 6. ¶ Item puer
peccator confitens et protestans se
nolle peccata sua dimittere, sed ea vel-
le continuare, non est ad baptismum sus-
cipiendus, ut patet per Augustinum de fide
et operibus. ¶ Furiosi autem qui numquam habue-
runt usum rationis baptizantur sicut parvuli quia tales
numquam peccaverunt actualiter. iii. q. xv.
Iudicio sufficit enim ad caracteris
impressionem, quia numquam posuit obicem.
Extra de baptismo et eius effectu. Maiores.
¶ Si autem furiosus ante furiam vel dor-
miens ante somnum dixit se nolle
baptizari, adhuc intelligitur perpetuo
contradicens manere. Extra de baptismo
Maiores § ultimo. Et ideo non recipit
sacramenti caracterem. ¶ Item furiosus qui
non habet lucida intervalla post baptismum de-
tur, constet ipsum ... antequam fu-
ria incipiat habuisse intentionem actua-
lem vel habitualem suscipiendi sacramentum
baptismi. Si autem furiosus habeat
lucida intervalla, differendus est
baptismus usque ad lucidum interval-
lum nisi mortis periculum immineat. ¶ Sic de
dormientibus qui habent intentionem dormi-

... recipiendi bap(tis)mi p(otes)t si necessario imminet pro mensura dormientis baptizari. Si a(utem) s(i)n(e) mortis periculo non immineat expectanda est vigilia sic et furiosi usu rationis carentis. Hec Ric(ardus) di(stinctio) 6 a(rticulo) 2 con(clusio)ne s(e)c(un)da.

Dr(?) ins(tituta) ... ¶ Pueri iudeorum aut paganorum non sunt inuitis parentibus baptizandi. Ratio est quia tales baptizati rederentur parentibus ad nutriendum et si sic assuefierent eos ad suos errores et per hoc religionis contemptio. Aut non restituerentur parentibus et sic fieret eis iniuria quia parentes ius habent in corporibus puerorum suorum quamdiu carent usu liberi arbitrij. ¶ Item si parentes filios suos ipsis parentibus inuitis baptizatos apprehendere possunt ipsos a vi simuli(?) ingilarent. Postquam autem sic sunt in ipsos habentes usum liberi arbitrij possunt si petunt aut consentiunt inuitis parentibus baptizari. Ric(ardus) ubi supra. ¶ Istud generaliter non est quod nullus infidelis est ad baptismum cogendus ut extra de iudeis.

De forma baptismi retinent ...

Dicta est forma ... est hec: Ego baptizo te in nomine patris et filij et spiritus sancti. Cuius forma verborum cum magna cautela et distinctione pronuncianda est ne uicietur ac per hoc veritas sacramenti baptismi euacuetur. ¶ Et utique multipliciter uiciari contingit formam predictam, videlicet additione, subtractione et interpositione verbi pro verbo et positione mutatione corruptione vel ... verborum transpositione facta ut fiat sensus verborum ... ¶ Quantum ad additionem notandum quod si alicubi addatur aliquid ad formam quod confundit intellectum verborum ut si dicatur Ego baptizo te in nomine patris maioris et filij minoris ut sic in ... nomine patris et filij ... ut alio modo consulit impeditur baptismus. Si autem fiat additio alicuius quod non vi ciat intellectum forme non impedit ut si dicatur in nomine patris ingeniti et filij ... geniti et spiritus sancti ab hunc consulo ... tamen fiat talis additio ex simplicitate et deuotione et cum debita intentione baptizandi et non volendo introducere heresim seu nouum ritum ut in titulo forma a Christo instituta ut in ecclesia usitata ut dicit con(clusio) dicta. ... si non sufficit secundum Ric(ardum). ¶ Si autem addatur conditio que non existit utpote dicendo Si es sic sit in nomine patris ... baptizo te in nomine patris et filij et spiritus sancti ut alia conditio similis sine oratio disiunctiva ipsius contraria forme. Quod disiunctiva alterna non ponit determinate alteram partem impedire baptismus secundum Ric(ardum). ¶ Quantum ad subtractionem impeditur baptismus quando aliquid subtrahitur de verbis mere essentialibus forme ut si quis diceret puero dico in nomine patris et filij et spiritus sancti et non diceret Ego baptizo te non est verus baptismus. Extra de baptismo capitulo quod intelligi potest non exprimatur actus baptizandi per verbum dicitur alterius persone ut postea patebit. Ego baptizo te ... et non ... si dicetur Ego baptizo te in nomine filij et spiritus sancti ut ommisso nomine alterius persone diuine non esset baptizatus tamen licet hoc pronomen ego quod exprimit personam baptizantis ... dimitteretur tamen respondeo de tertio ... quod baptismus ... sic dimittens ex certa scientia ... contra institutionem grauiter peccaret et sic mortaliter peccaret. Extra de ... baptismus quod per ministrantis exprimatur. ¶ Ideo quidam baptizant sub hac forma: baptizo te in nomine ...

In nomine patris et filii et spiritus sancti et
tamen de baptizaret. Ecclesia autem non
nam aliam formam instituit. Istam
s. Ego baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti
et ad illam tota ecclesia latinorum ob
ligatur. Si autem subtraheretur ali
qua sillaba per sincopam non propter hoc
destruit forma. Secundo autem volunt do
ctores determinare hoc ad verba
in specie ultra illum modum quo verba
sufficiunt ad exprimendum
mentis conceptum. Quando satis intel
ligitur per verba sincopata in parte
magis tamen cavendum est sincopare
in verbo specialiter quam in aliis quia
reverentia sacramenti non audere di
cens quod in hiis verbis sincopa fa
ciens peccatum mortaliter. Si hoc
faceret ex infirmitate ut consi
derando humana quod non potest de
bus quod possit. Hostiensis et Ricardus
in .iiii. Interpositio sive interrupcio
si talis sit quod corrumpat actum
unitatis baptismi et maxime si tolla
dat continuitatem intencionis baptisman
tis impedit unitatem baptismi. Ut si bap
tizans postquam dixerit Ego bap
tizo te in nomine patris interponat ali
qua longa narracionem sive fabulam
ut vadat ad prandium sive fa
ciendum aliud negocium et postea
redeat et dicat et filii et spiritus sancti non
est puer baptizatus nisi reincipiat
a principio formam dicat et proferat
totam continuatam. Si autem non
sit interrupcio quod non destruitur
et intencio baptismi licet actus sit non
sine eodem ut si forte baptizans
volens facere silencium et dicat
inter formam verba taceatis ut ali
quid simile et postea perficiat
ut si parva mora interponatur
tussiendo screando sternuta
do vel aliquid huiusmodi faciendo et

postea formam perficiat non impedi
tur baptismus quia modica interpositio
bus non impedit. Ricardus de consi
de. iiii. Si non sanctificatur. Verba
bi per verba posita que idem dicant
baptismum. Ut si loco huius verbi bapti
zo diceretur a baptizante inti
go vel mergo. Vel si loco huius dicen
mus patris diceretur genitoris sive
potentis loco huius dicendo filii ge
niti vel sapientis loco huius dicen
mus spiritus sancti benigni procedentis
sive flaminis et ita de consimilibus
quia non appropriata divinis personis
sive expressa nomina tamen personarum pro
ferri debent. Secundum Scotum Ricardus. Si tamen si
baptizans proferat istam formam ver
borum in baptizando. Ego baptizo te
non esset puer baptizatus vel dicat Ricardus
in sacramentali forma. Ratio hoc quia non
impedit plures baptizantes
tamen unus baptizet non est dicendum
Ego baptizo vos cum unus baptize
tur quia singularis clarius et expressius
intencionem exprimit quam pluralis. Et cla
ra expressio verborum requiritur in baptismo
et consimiliter si diceret baptizans
Nos baptizamus te non esset puer
baptizatus secundum eundem Ricardum. Ego ta
men credo quod si baptizans esset
persona honorabilis sicut in curia [illegible]
sic loqui pluraliter non faceret hoc
ex industria sed volens prae
tare consuetudinem [illegible] ecclesie [illegible]
valeret baptismus. Item si bap
tizans sub ista forma baptizaret
s. dicendo Ego baptizo te in
nomine Christi. Canoniste quidam dicunt
hoc sufficere. de. de consecratione di. iiii.
a quodam [illegible] aliis [illegible]
dicunt contrarium. Ego [illegible] fo[...]
fiat expressio tradita a Christo ut
baptismus dicatur in nomine patris
et filii et spiritus sancti [illegible] non [illegible]

forma sufficiens. Et licet apostoli ex speci-
ali consilio spiritus sancti baptizarent
in nomine Ihesu Christi in primitiva ecclesia
ut habetur in Actibus 2o et 8o et 10o, ut no-
men Christi quod tunc multum odiosum
erat divulgaretur et amabile
redderetur. Post tamen cum iam
satis divulgatum et ubique terrarum
acceptatum, hoc locum non habet, et hoc
tenet Innocentius in c. maiores. Scotus vero
super 4. di. 3. non audeo dicere quod
sic baptizatus in nomine Ihesu Christi sit
baptizatus, quia non observatur forma
tradita a Christo et ecclesia. Nec audeo di-
cere quod non est baptizatus, quia nunquam
legitur dispensationem datam apostolis
de baptizando in nomine Ihesu Christi revocatam. Ideo
recurrendum esse videtur ad reme-
dium illius capituli extra de baptis-
mo: De quibus dubium est quod talis et-
iam baptizetur sub condicione, quam
prius dicitur. Item vero si baptizaret
quis diceret: Ego baptizo te in
nomine trinitatis, requiritur tamen ut
dicitur expressio personarum. Si autem
in forma baptismi poneretur verbum
grecum pro verbo latino seu alterius
ydiomatis, propter hoc non impediretur
baptismus secundum Ricardum. Corrum-
peretur vero verbum; si tanta sit quod non maneat
eius significacio nec secundum primariam insti-
tucionem nec secundum usus accommodacionem,
impedit baptismi veritatem. Si autem non
maneat tanta corrupcio quin ma-
neat significacio secundum usus acco-
modacionem, licet non secundum primariam insti-
tucionem, dum tamen non fiat talis corrup-
cio ex mala intencione sed forte non inten-
dentis quod intendit ecclesia, sed
volentis formam ecclesie pervertere,
quia tunc non baptizaret, Ricardus, Hostiensis,
de Rubeis. Si ex ignorancia vel
imperitia lingue non tollitur baptismus. Unde 4.
di. 4. retulerunt Z. de sacer-
dote qui propter imperitiam latine lingue

dixit: Ego baptizo te in nomine patria
et filia et spiritu sancta, dum tamen non
intendebat inducere errorem,
vere contulit baptismum. Transpo-
sicio verborum si tanta sit quod impe-
diat sensum ordinis quem habe-
ret ex vi ordinis verborum, impe-
dit veritatem baptismi, ut si diceret: Ego
patris et filii baptizo te in nomine spiritus
sancti. Vel si diceretur: Ego baptizo
in te nomine patris et filii et spiritus sancti, quia ut
[illegible] alienatur sensus forme bap-
tismi. Prima enim pars verborum
equivalet isti: Ego qui sum pater
et filius baptizo te in nomine spiritus sancti. Secunda
equivalet isti: Ego baptizo aliquid in
te [illegible] et ita de
consimilibus intelligendum est. Alia
vero transposicio est quando non mutat
sensum, quem habet forma baptismi ex
vi ordinis verborum, non impedit
veritatem baptismi, nisi sic trans-
ponens intenderet mutare
formam ecclesie. Si autem
baptizans diceret verba sacramenti
sub hoc ordine: Ego baptizo
te in nomine filii et patris et spiritus
sancti, dicunt canoniste quod forma
verborum est de forma baptismi, ut non-
dum constat di. 4. Si non servatur,
[illegible] cum tali ordine verborum pre-
postero non confertur baptismus.
Dicunt Scotus et alii theologi quod
tenet baptismus [illegible] proferendo
non quocumque ordine nomina
[illegible] efficaciam principalem
in baptismo. Nec [illegible] necessarium
[illegible] ordo [illegible]
[illegible] peccatum
ordinem pervertendo. Sed quo ad for-
mam baptismi et materiam dicit Scotus super
4. di. 3. q. 2. regula [illegible]
Si possibilitas adest, via tutior
semper est eligenda quam est observanda.

integre confessione ecclesie generale. 2^a regula
si non adest possibilitas, vitetur tutissima
eligenda est via proxima. 3^a cessante
impossibilitate cessat supple-
mentum quod impossibilitas prohibebat

Absolucio sine tinctio in aqua naturali est materialis in
bap^o. pro quo est notandum quod
aqua naturalis sola et nullus alius
liquor est materia conveniens bap^i. et hoc
ideo quia sic ordinatum est a x^o. Jo. 3.
Contra aquas artificiales sunt corpora
quedam mixta et non dicuntur aqua
nisi equivoce. sicut declarat scotus
super iiij. di. iij. q. iij. diffuse. Et quia
baptismus institutus fuit ut sacra-
mentum necessitatis quantum ad omnes. ideo
christus noluit istud instituere nisi in aqua
communi quam facilius haberi poterit ab
hominibus. ¶ Oz gratia ad esse bap^i quod fiat
in aqua usuali apta ad abluendum
et sic excludo nivem glaciem et grandinem
quia in tali dispositione non sunt
apta ut abluant lutum. Ceda et
spongea habente aquam imbibitam
quibus licet corpus baptizandi tangere
poterunt non tamen abluere nisi
forte aqua seorsum ab eis exprimatur.
¶ Si vero alia materia que
cumque fuerit aqua mixta dummodo
non speciem aque non amittat
per talem admixtionem. ut aqua
maris que miscetur vapores
terrestres calidos salsedinem et
lexivia cum per colloquium admiscetur
cineres. ut aque thermales trans-
euntes per venas sulphureas
potest in huiusmodi aquis fieri bap^s. si forte
aqua recens et usualis haberi non
poterit. Urina vero cum sit sanguinis
colamentum et pinna decoctio
cocta cum ut habeat materia-
di quia non habet simplex aqua ex-
stinctio ~~quo~~ de genere est in debita

Ut bap^{di} quod in eis non maneret salva species
aque et ita de vino et mixtis a^{lo}
est censendum secundum Ric. di. iii^a. ¶ Istum
sunt necessitatis articulos pro baptizatur
in mari plures paruos vel fonte non
est tota aqua consecrata sed illa sola
que tangit puerum. Et si aliquis ut a^{ds}
quidam modo biberet non biberet sacra-
mentum quia illa aqua non est sacramentum
sed ablucio in aqua illa facta sub de-
bita forma verborum. veruntamen illa aqua
est reverenter fundenda in aliquo lo-
co mundo ob reverentiam sacramenti secundum
Ric. in speciali. ¶ Istum non requiritur
de necessitate bap^i quod totum corpus bap^{di}
mergatur in aqua vel profundatur aqua
sed sufficit quod capitis. vel maior por-
cio corporis a capite aspergatur aqua
secundum quosdam. Jo. teneo quod baptizatur
si tangat aqua pedes et per idem
aliqua parte notabili corporis in
glossa de con. di. iiij. nequaquam et
c^o proprio ¶ Si autem aliquis sacer-
dos cum aspersorio aque super multos
baptizandos simul spargeret dicendo
Ego baptizo vos in nomine pa. etc.
dicit Ric. in bap. fi^e quod non essent
bapti^a. Ego tamen crederem d^{ni} in casu
quo necesse essent bapti^{di} et tantum
unus sacerdos baptizans est gravis
periculi esse in mora dum tamen sic
baptizans non intenderet intro-
ducere novum modum bap^{di} contra
ecclesie consuetudinem et hoc videtur posse fun-
dari in c^o nequaquam et c^o proprio
supra allegatis. ¶ Puncti tenui
et infirmi bap^{di} quibus verisimiliter
immineret periculum grave. bap^{ri}
ut aspergi aqua frigida. bapti^{ri} po-
terunt ut aspergi aqua tepida.
Scotus dicit iij^o q. ulti^a. ¶ Istum
licet de communi consuetudine pro bap^{di}
sit immergi in aqua tamen in casibus ne-
cessitatis non peccaret sacerdos non

mergens se profundens in aqua vel
resurgens vel propter debilitatem ma
nuum non sufficeret puerum immergere ni
si alius sacerdos promptus ad baptizandum
esset alius sacerdos pronus ad baptizandum
puerum dare sic vel propter infirmi
tatem vel quia non est totus nativus
vel propter aque insufficientiam ad immersionem
vel propter aque insufficientiam ad immersi
onem. Vel quia consuetudo ecclesie est ablu
endo non immergendo sic observandum
est secundum Ric. ¶ De trina immersione
facienda vel unica tantum sequenda
ecclesie consuetudo. Unde contra consuetu
dinem ecclesie immergeret graviter peccaret
et si tamen semel immergeret sed non propter
hoc impediretur efficacia sacramenti
hoc sed in trina immersione trinitas
et in unica deitatis unitas po
test designari convenienter ta
men trina immersio propter expressiorem
significationem et triduum sepulture que
eius typum exprimit trina immersio
ut de con. di. iiij. Postquam.
¶ Nullus licet aliquis baptizari in
aula camera vel alio loco privato
sed duntaxat in ecclesiis in quibus sunt
fontes ad hoc specialiter ordinati nisi
fuerint filii regis vel principis vel
talis necessitas advenerit propter quam
ad ecclesiam accessus absque periculo
haberi non potest. Ex. de bap. de puti
in clementinis. ¶ Presbiter si potest
erit habeat fontem lapideum ad baptizandum
si autem nequiverit habeat vas con
veniens ad baptizandum quod alijs
usibus nullatenus deputetur. ¶ So
lempniter baptismus celebrari solet
in sabbato sancto pasche et in vigilia
pentecostes cuius ratio assignatur not. de
con. di. iiij. non solum et cap. sequenti
bus. ¶ Pueri nati ante octo dies
ante pascha debent reservari ad bap
tismum in vigilia pentecostes si sine periculo reser
vari poterunt alias statim bapti
zentur. In const. Richardi. ¶ Exchani
bus malum propter paucitatem. ¶ Si sacer
dos reservat cathecuminum solum
ut expresse recipiat baptismum in sabbato
sancto pasche seu in vigilia pentecostes et
ipse cathecuminus medio tempore
moriatur non imputabitur sacerdo
ti. Si autem baptizandus esset infirmus
vel aliud periculum immineret et sacer
dos noluerit ipsum baptizare tunc
sacerdos est deponendus. De
consecratione di. iiij. De cathecuminis secundum glosam
et in capitulo sequenti.

Consequenter de tertio essentiali
baptismi. s. de intentione dicendum
est. In baptizante requiritur inten
tio baptismi generalis vel specialis. Ge
neralis ut intendat baptizando
facere quod ecclesia baptizando fa
cere consuevit. Specialis inten
tio est ut baptizandus mundetur
recipiens. Et intentio generalis
ad minus in baptizato requiritur alias baptismus
non recipit sacramentum secundum Thomam
Sed nota quod quedam est intentio que
habitualis qualis manet in dormiente
tibus in actum precedentem. Et
talis non sufficit in baptizato quia per
illa non dicitur actus eius humanus
cum tamen oporteat baptizationem esse
actum humanum. Quedam est
intentio que actualis quia est actu
alis puta baptismi qualis intentio
non habetur quia est distractus et ideo
non semper talis intentio actualis
requiritur in baptizato quia dicitur nimium ob
ligaret ad impossibile, vel nimis
difficile cum omnino hominem non distrac
tum esse (?) secundum Aug. 3. li. de li.
bi. quia non est in potestate nostra quibus (?)
sic tangamur. ¶ Et 3ª quedam
est intentio media inter has inter
intentionem actualem et habitualem
que potest dici intentio virtualis
Et requiritur quod baptizans habeat ta
lem intentionem virtualem ad minus
hoc est quod aliquis de proposito

proprius habeat intentionem actualem
baptizandi. Ex qua tanquam radice
descendit iste actus baptizandi absque
motu contrario voluntatis interve-
nientis. Unde Thomas. Ut si sacerdos
se ad missam intendit celebrare
secundum usum proprium ecclesie et ex illo
postea procedat contra fortis secundum aliquid
actum derelictum in fantasmata
te si cum magna distractione vere
faciat ea que necessaria sunt ad actum
sacramentalem quod est conficere. Dicit in ipso
Ricardus cum confert baptismum in ha-
beat actualem intentionem baptizandi
ut in primo actus vel cum aliqua
tulit vel dum exercet actum illum.
Septimo quod baptizans intendat
baptizare saltem intendendo virtua-
liter non autem balneare seu abluere la-
vare sed in generali facere quod facere
solent parvulis circa suos vel quod dis-
tincte intendat baptizandum
ab eo intrare legem vel sectam
parvorum vel huiusmodi. ¶ Tertio requiritur
ad effectum baptismi quod baptizans sciat
quid sit baptismus. Unde quod sit sacra-
mentum vel quo infunditur gra-
cia nunquam recipere debita
unus si credat contrarium et totum
reputet truffam et deceptionem ut re-
putant iudei pagani infideles
quod autem perfectionem tamen verum baptismus
ab eis collatus si intendit baptizare
ut predictum est. Ratio quod ipse
baptizans facit quod sit ecclesia
vel generaliter in ritu faciens quod fa-
cit ecclesia. Et quod servet formam baptismi
in materia debita ablucionis ut ap-
paret nunc baptizandi cum intentione
baptizandi unde si quis in articulo necessita-
tis diceret paganus Baptiza me
sub ista forma Ego baptizo te in
nomine patris etc. ut si paganus si servaret
eius hoc faciat sub ista forma
et intentione baptizandi vere baptizat

prius credat hoc non valere. ¶ In
adulto etiam recipiente baptismum et usum
rationis habenti requiritur de lege communi intentio
eius recipiendi sacramentum in actu vel in
habitu ad hoc ut caracterem baptismalem susci-
piat baptismalem secundum Ricardum di. 6 q.ta
¶ Item in adultis usum rationis
habentibus requiritur fides propria. Hoc est ut te-
neant fidem catholicam et de illis
interius articulis per. Marci ultimo. Qui cre-
diderit et baptizatus fuerit salvus
erit. Non de parvulis et insulsis. Unde
parvulis sufficit fides aliena quia
actualiter credere non possunt quamvis
non habeant habitum fidei effusum
in baptismo extra. De baptismo. maiores. Quod
et habent gratiam et alias virtutes te-
infusas in habitu non in actu ut habetur
secundum Ricardum ubi supra. ¶ Secundo quod ministe-
rium ecclesie ut sacerdos baptizans te-
neat intentionem explicitam baptizandi. 30.
di. Qui ecclesiasticus ut per actum suum
intendat corpus abluere exterius
cum debita forma et quod virtute sua
ministerii cooperante anima a peccatis
mundetur interius per gratiam spiritus sancti.
Laycus vero et rustica laicus sufficit
intentio implicita secundum ubi supra sacris.
Si tamen presbiter ut alius minister cum
intentione implicita et generali tan-
tum baptizaret aliquem esset vere bap-
tizatus. extra. xxx. di. pedulo. ¶ Pue-
ri non sunt doli capaces nec sunt
huius intentionem baptizandi habere nec ge-
neralem nec specialem non baptizant
etiamsi instructi verba sacramentalia baptismi
expresse profferrent sicut nec simie.
Si autem puer esset proximus puberta-
ti et doli capax bene posset in necessi-
tatis articulo baptizare. Ut ubi supra.
¶ Si quis ludendo profferret ver-
ba sacramentalia super baptizandum nullo modo inten-
dens baptizare sed deridere vel io-
cose agere non baptizaret. Et ideo

.D.
E
F
G.

quantum ad omnes. Cum enim filii Israel non
potuerunt in faciem moysi homines
mortales intendere quia resplen-
duit a fortiori nec nos videre
poteremus claritatem corporis quod glorificati
Tertio propter horrorem quia nos homines in carne

comedere carnes quidam. Quarto ne propter hoc
scelus irrideremur ab infidelibus vide-
retur si carnes quidem comede-
re nos viderent. ¶ Primo duo pa-
nes sumuntur a sancto tho. in trac-
tatu de veritatibus theologie. Duo
2 panes habet in glosa de con-
se. d. ij. forte. ¶ Accidentia sunt sub
speciebus panis et vini corpus quod Christi sub
aliis speciebus quia iste 2e species ma-
gis sunt amice et convenientes
humane nature et sicut corpus princi-
paliter pane et vino nutritur sic
anima humana carne et sanguine Christi
spiritualiter nutritur ut dicit glosa
super dam. capitulo. forte. ¶ Effectus
hujus sacramenti digne suscepti multi-
plex est. Nam fortificat mentem
contra vicia. virtutes auget dele-
venialia et forcius unit membra
capiti i. bonos Christianos Christo. Con-
roborat augmentat hoc sacramentum
delet et unit. ¶ De variis effecti-
bus eius sic dicit hugo parum
recitat super thomas in libro de vir-
tutibus. Corpus quod in egrotis medi-
cina peregrinantibus dieta. De-
biles confortat valentes dele-
ctat languorem sanat sanitatem servat
fit homo mansuetior ad correptionem
paciencior ad laborem ardencior
ad amorem sagacior ad cautelam
et ad obediendum promptior ad gratiarum
actionem devocior. ¶ Postremo
notandum est quod quedam sunt de
necessitate hujus sacramenti et necessitate quedam
de bene esse et de honestate. De
necessitate hujus sacramenti sunt 4or. [...]
ministerium ydoneus ad consecrandum
materia debita forma verborum
et intencio debita consecrandi.
De bene esse sunt loca consecrata
calix argentea vestes sacre
et alia de quibus infra. Dicitur
autem et. Verborum forma conti-
nua imputatur sit vinum. Panis

tias intentio presbiteratus character imprimitur ornatus cetera signant. Et predicta 4or sic sunt de essentia cuius quod requiruntur ad eius constitutionem non tamen ad eius ornatum.

Oportet quod ille qui hoc sacramentum conficere debet esse sacerdos rite ordinatus potens debite proferre verba consecrationis et potens habere debitam intentionem faciendi etc. quod intendit ecclesia facere. Unde non sacerdos, id est non habens caracterem ordinis sacerdotalis non conficeret si attemptaret propter defectum prime conditionis. Dicit enim extra de summa trinitate et fide catholica c. firmiter: hoc sacramentum conficere nemo potest nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus secundum claves ecclesie. Unde non baptizatus ordinatus de facto in sacerdotem non conficeret quia non recipitur caracter ordinis nisi prius imprimatur caracter baptismalis. Talis tamen presbiter credens se baptizatum quamvis non sit quo ad se bene facit et quo ad alios qui eum credunt legittime conficere et proficit tamen eis quantum ad eos quod facit tanquam verum sacramentum. Extra de presbitero non baptizato c. 2o et glo. ult. Propter defectum 2e conditionis non potest mutus conficere nec carens [illegible]. Propter defectum 3e conditionis. Quilibet itaque sacerdos habens conditiones premissas sive bonus sive malus hereticus seu scismaticus seu degradatus vel quantumcumque facinorosus proferens verba consecrationis super materiam debitam et cum debita intentione [illegible] conficeret verum sacramentum de facto quamvis non de iure seu legittime quia sic est quod nullus sacerdos quantumcumque nepharius et degradatus amittit

potest caracterem sacerdotalem super quo fundatur conficiendi potestas. Et quod est ipsa potestas conficiendi cum caracter ille sit indelebilis et adeo effectivus impressus ministerialiter ab episcopo ut non potest ab episcopo ministerialiter deleri quia deus non instituit eum sic [illegible] et collatione secundum Ric. et scotum di. xiij. Et ideo cuilibet scismatico heretico degradato excommunicato irregulari interdicto et suspenso ab executione eorum que sunt ordinis prohibetur executio potestatis sacerdotalis et tales gravissime peccant sicut quilibet peccati mortalis conscius et non penitens eucharistie sacramentum conficiens secundum Ric. ubi supra. Tertio est quod nota sunt impedimenta que impediunt sacerdotem ordinatum conficere. Quorum quedam sunt culpe tantum, quedam pene tantum, quedam nec pene nec culpe. Impedimentum culpe est cum sacerdos culpe conscius est de peccato mortali. Impedimentum quod nec est culpa nec pena cum sacerdos non est ieiunus ieiunio naturali a sero et ieiunus debet hoc sacramentum conficere, unde de c. q. i. c. ut [illegible] nullus post cibum potumque quantumlibet minimum sumptum missas facere presumat. Hoc autem sacramentum non conficitur nisi in missa. Igitur non nisi a ieiunis est conficiendum. Pro communi autem celebrans quamvis graviter peccaret ubique conficeret si aliud non obstaret. Si autem sacerdos ante missas os suum abluerit ad prudentiam sacerdotum et gutta aliqua aque casualiter stomachum intraverit non credo quod propter hoc missa sit omittenda, maxime cum [illegible] quia non contra hoc impedire dignum sacramentum presbiteri nec reverentiam sacramenti, ut est ad quiescendum dicentibus quod illis qui post dictum matutinum bibunt in cena non est licitum sequenti die celebrare

Pr & c. 2

in iterato dicto matutino hoc enim
non invenitur institutum. Suffi-
ciat autem quod digestio sit quod sumpsit
in sero antequam celebret sive de noc-
te comederit sive non. Si vero eo-
dem die post mediam noctem aliquid
de cibo vel potu edendo vel bi-
bendo sumpserit, communiter plures sunt
de gestis non debet eo die celebrare
quia id observat consuetudo quam
in canone legis interpres extra de
consuetudine cum dilectus ff. de leg.

Impedimentum quod est pena est
est prohibitio actus exercendi vel
gradus recipiendi quod alias
competeret non prohibito et he
vero pena canonice istarum pe-
narum quedam fundantur super defectu
naturales et quedam non. Propter
defectum na[illegible] turales
prohibentur quidam [illegible] sponte in
altari divina ce[illegible]lebrare
sed in le. Levitici xxi.
qui habet maculam non offeret
panes deo suo et accedere ad
ministerium eius. Vel notabiliter
defectuosi vel mutilati aut
horribili infirmitate deten-
ti vel lepra et huiusmodi obsceni-
tatis sacrificii et ad vitandum
scandalum pusillorum ministrare in
altari prohibentur, quicquid
enim sine peccato mortali potest omitti
vitandum est propter quod ex eius ex-
ercitio scandalum oriatur sicut
supra de re. Pene vero canonice
que non fundantur super defectum na-
turales sunt iste: degradatio
irregularitas, excommunicatio maior, suspen-
sio ab executione eorum que sunt
ordinis, simonia, infamia et quod
de huiusmodi ad hoc predicabilia vel
ut puta fornicatio publica consa-
nguinea et huiusmodi requirunt [illegible] conse-
cratio ordinata et predicta cum pre-
dictorum impedimentorum ablatio

aliter enim non est ministrandum donec huius
sacrificii. Celebratio autem de facto
presbiteris ordinatis quibusdam istorum
impedimentorum obstantibus et non propter
amorem irregularitatem incurrit. Verum
non sacerdos attemptans con-
ficere vel sacerdos non suum pe-
cat mortaliter sed ea efficit irregularis
et non facit i. non conficit. Vel ex-
de cle. non ordi. min. c. presbiteros
et universaliter quicunque exequitur
attemptans actum alicuius
ordinis quem non habet est irregularis, ut
in dicto c. de cle. non ordi. to-
m. Sunt degradati excommunicati excom-
municatione maiori interdicti
suspensi ab executione eorum
que sunt ordinis si tamen cele-
brare seu ministrare in divinis
est irregularis ut patet infra eodem libro c.
de irregularitate [illegible] quod ignoran-
cia excusat et quod non [illegible] sunt
in ordine licet occultus et ex-
communicatus ex alia causa si notorie
fuerit suspensio et quo ad se
et quo ad alios et ideo tales cele-
brans sine dispensatione efficitur
irregularis. de ex. c. de re. [illegible]
in glo. Extra de simonia tanta [illegible]
accusatum. [illegible] fornicator
[illegible] notorium [illegible]
[illegible]
[illegible] celebrando non fiat irregularis
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

non incurrit irregularitatem. Si fortis
de duobus casibus. Primus casus si
sacerdos celebrat in loco interdicto
vel indicto ut notatur extra de cle
rico excommunicato ministrante postulasti et de excessibus
prelatorum tanta in glossa. Celebrans
autem in loco interdicto a iure ut
puta sanguinis vel seminis polluto
non incurrit irregularitatem tamen
si notorium est quod locus sit pollutus
peccat ibi celebrans ante re
conciliationem tamquam transgressor
precepti extra de consecratione ecclesie
capitulo ultimo. Si sit privatum non peccat
quia vel reconciliationem indiget ille lo
cus de necessitate, tunc tamen est ut
secreto reconciliaretur. Secundus casus
est de celebrante cum calice non
ydoneo de qua ut dicit ca. 6o talis ca
an sit irregularis dubium est quod pena illa de
positionis que infligitur extra de ce
lebratione missarum litteras inflic
ta est propter multa. Si quis conficiat de pa
ne fermentato celebraverit cum
calice ligneo sed aqua et vino et
ideo dubium est an propter aliquod illorum sepe
ratum debeat illa pena infligi cum
omnia simul concurrebant. Plenius vi
de de istis penis parte 1 ca. 8. Ter
tius celebrans in loco non inter
dicto post interdictum non est irregularis quia
hoc in iure non reperitur. De aliis vero
vide plenius parte 1 ca. 8. Quartus
sacerdos sciens se esse in peccato
mortali de quo non penitet vel etiam
existens in proposito peccandi mortaliter
celebrans peccat mortaliter quia non
facit debitam reverentiam sacramento. Ille
vero qui non est in peccato mortali sed
credit tamen se esse in peccato
mortali et celebrat cum tali conscientia pec
cat mortaliter quia non facit de
bitam reverentiam sacramento. Ille
autem qui est in peccato mortali credit tamen
dissimiliter se non esse in peccato mor
tali si hoc proveniat ex omissione
debite diligentie in examinando
conscientiam suam vel si ex negligentia
crassa vel affectata huiusmodi peccatum
tradidit oblivioni celebrans in
tali statu non excusatur a peccato
mortali. Primus in tanto magis peccat
quia credens se esse reum peccati
mortalis cum tamen reus non est
et celebrans cum tali conscientia. Si
autem non sit negligentia crassa sed
utpote quia fecit investigationem suffi
cientem et nullum occurrit peccatum
de quo non fuerit prius contritus et
confessus non peccat mortaliter
celebrando licet aliquod peccatum
mortale sit latens ex debilitate
memorie traditum oblivioni. Et
hoc de lege cum non possit esse certus
an digne peniteat vel non. Scire
cum sit an odio vel amore dig
nus sit etc. quod. Sic ergo accedens
non peccat mortaliter si consequitur
veniam latentis peccati. Aliter esset quod
licet celebrans exponeret se periculo
peccati mortalis quod non est verum
ut dicit q. et que de celebrante
cum conscientia mortali dicta sunt de
quolibet suscipiente eucharistiam confor
miter sunt dicenda. Quid si sa
cerdos contritus de peccato
mortali et non confessus ce
lebrans vel alius eucharistiam suscipiens
peccat mortaliter. Vi
detur distinguendum quia aut habet co
piam confessoris ydonei et temporis
sufficientiam ad confitendum aut non.
Si sic peccat mortaliter quia ad hoc
ut homo sit dignus hoc sacramentum
conficere vel etiam suscipere non so
lum tenetur se reconciliando
per contritionem sed etiam per confessionem
et absolutionem. Si secundo modo subdistin
guo quia aut tenetur solemniter pu
blice vel non ...
capit sacramentum ministerio et quolibet
istorum 3o casu ... cum proposito

confitendi. Si tamen sine scandalo vi-
tari potest non tunc celebret si
sit sacerdos vel non tunc communicet si
non sit sacerdos. Sed quousque con-
fessus fuerit abstineat. ¶ Item si
nocturna pollucio que non est pec-
catum abstinendum est a communione. Sed
si scit pervenisse huiusmodi pollucionem ex cra-
pula, vel immunda cogitacione que pre-
cessit in vigilia. Si non crapulacio
cogitacio materialis fuerint peccatum, vel
probabile. Dicitur et verius fiat de pol-
lucione pervenientis ex eis quod prohibet
a communione. Si autem certum est et proba-
bile quod non fuerint venialia pec-
cata tunc illa pollucio non prohibet
nisi de honestate sine de congruo. Si
autem pervenit ex nature superfluitate vel
infirmitate non credo quod debeat abstinere
secundum Rich. Et colligi possunt predicta
ex hiis que habentur Di. vi. testamentum.

¶ Ex premissis in hoc capitulo colligitur quod
simplex sacerdos rite ordinatus com-
munione a cibo et potu non defectuosus
in corpore seu deformis viciatus nisi
peccatorum sine censura ecclesiastica
sicut innodatus nullius peccati mor-
talis seu maculo impedientis
constitutus sacramentis loco et tempore quecumque
vel omittens sicut de vasis sa-
cris aut ornatis aut aliis ad ce-
lebracionem convenientibus vel paris
secundum ordinacionem ecclesie requisitis pro-
fectis forte verborum consecrata cum de-
bita intencione super materiam congruam
ordinatis et debitis conficit corpus.
¶ Item sacerdos quo loco et
tempore debitis et quomodo con-
tinentibus et dispositus habet non cele-
brans seu nobilitatem negligens peccat
et tenetur. Sed non sic semper sine in-
tibus peccatis tradita absten-
dere a deo indicata secundum Rich. in
supra in hoc intendit de sacerdotibus
qui propter ... commisso habet si certa
de aliis quibuscumque / ...

requiritur sit actus dignus et ordinatus
ad corpus Christi verum non refficiat ad cor-
pus Christi vel iniusticiam vel ex consequenti-
is si nulli homini teneatur satis-
facere tenetur tamen deo reddere sa-
crum acceptum vel saltem ex sacra-
mento sicut instructio dimittatur.
¶ Sacerdotibus cum in distinctione pre-
ceptum est a papa hoc fuerit in mea
communicacione secundum Tho. in scripto. Sa-
cerdotes qui laborant egritudine
reoperata sanitate post licite cele-
brare. A. q. 2. in lib. Si demoniaci
vel epileptici effecti fuerint absti-
nebit durante egritudine et si
vero anno postquam fuerint liberati
xi. q. contra in glo. vel fiat distinc-
cio de epilenticis in pacientibus
morbum caducum non tamen semper
quod quamvis tales continuis plu-
res conualuerint abstinere. Alio
infirmitatibus laborantes cele-
brare possunt vel ita debiles
sunt ut ceptum officium nequeant
adimplere. A. q. 2. ca. pa. in glo.
¶ Tempore autem in loco privato ce-
lebrare possunt vel ut lepro-
si si non in fine vel adeo sit cor-
ruptus quod ministerium sine periculo
adimplere non possit secundum Tho. /

Materia congrua huius
sacramenti huius sacrae consecracionis
et vini. Postea hoc de con. Di. 2.
ca. primo et ca. non. Sed ... de qua materia
consecratur ipsum per tale de materia
conficitur et ad conficiendum instituto
secundum Rich. Panis itaque consecra-
dus debet esse triticeus de frumento
terra coagulata per aquam natu-
ralem non vino melle vel aqua
artificiali seu alio liquore fa-
ctus et non aliquo ... qui conditur panis
illum simplex saltem quod usus est per
se ... et de q. Di. ... in scripto

non sufficeret ita sed oportet quod sit panis secundum
suam institutionem etc. Si vero farine tri-
tice misceretur farina extranea
grani non tritici in tanta modica
quantitate quod non variaretur species
sed totum traheretur ad naturam tritici
de pane inde confecto bene con-
secraretur. Si autem tantum mis-
ceretur de farina extranei grani
cum farina tritici quod contraheret
farina tritici aliam naturam
ut quod resultaret ex illis alia spe-
cies media de pane inde con-
fecto non conficeretur corpus Christi
quia talis panis non foret eius-
dem speciei cum pane de quo Christus
fecit sacramentum. Ricardus. De pane facto
ex amido magister confici potest
dubium est quia forte non est eiusdem
speciei cum farina tritici ideo non sine
peccato ille qui conficit hostias
tali dubio se exponit faciendo
eas de amido sed vitare de
talibus hostiis in consecratione
magis excusaretur a peccato
qui credit hostias huiusmodi de de-
bita materia factas et si verum sit quod
amidum sit alterius speciei a farina
tritici consecrans tales hostias
non conficeret, non tamen esset ido-
latria tales hostias adorare quia
sacerdos supponit materiam illam
esse consecrabilem et per se pro
aliis adorandam. Ita dicit Scotus
di. xi. De pane facto de spelta
quia specie differt a frumento et
ideo non potest confici secundum quosdam.
Alii dicunt oppositum. ¶ Item panis
madefactus et attritus ad similitudinem pas-
te ... remittitur dispiciens
sed demum manet in specie pa-
nis est consecrabilis secundum Scotum. Si autem
de vetere pane disposito ad cor-
ruptionem manente in specie panis potest
confici quamvis graviter peccaret
inde sic conficiens quia

incidencia facere nisi quod species panis
maneat potest cognosci ~~...~~ ex hoc
quod continuitas non est dissoluta nec ac-
cidencia inde ablata. Si autem tan-
ta esset corruptio quod species panis non
maneret ex inde confici non posset
secundum Tho. di. xii. Item et panis conse-
crandus est azimus id est sine fer-
mento quia Christus fuit sine fermento
malicie. Unde sacerdos consecrans
sicut panis fermentati quamvis
conficeret tamen graviter peccaret
quia potius de azimo conficeret et secundum
romanam ecclesiam sic observat et preci-
pit observari. Greci quoque peccare vi-
dentur qui conficiunt in fermen-
tato volentes se ecclesie precepto
romane conformare secundum Scotum. ¶ Ma-
teria calicis est vinum de vite quia
corpus et sanguis de alia materia quam de
vino vitis confici non potest de q.
di. xi. in sacramento et de modica de
aqua vino misceri debet ita quod vinum
aquam posset absorbere, ut dicit
Innocentius de officio misse parte 3a
Si autem tantum apponatur de
aqua prius de vino ita quod substan-
tia absorbeatur licet maneat co-
lor et sapor de illa mixtura non
potest confici sanguis Christi secundum Tho. et Ricardum
cum illa mixtura sit aqua rubea
sed aliquo colore vineo colorata et
non vinum. Si autem sacerdos ipsam
mixturam consecraret ita caveret
quod non totaliter substantia vini esset corrupta
sed si aliquo particula maneret cum
aqua in prolacione verborum sacramentali-
um probabiliter potest dici quod de illis
particulis incorruptis conficeretur
corpus Christi et sanguis. Plus ergo apponendum
est de vino quam de aqua, unde pre-
cavendus abusus illorum qui plus po-
nunt de aqua in calice quam de vi-
no qui reprehenduntur extra de ce. misse
perniciosus. Reprehenduntur etiam
a quibus cessare nequeunt loquitur

pertinuerunt q[uod] aliud q[uam] pane[m] et vi[n]um
aqua p[re]sumptum i[n] divinis sacrificiis
offerrent. de con[secratione] di[stinctione] ii. c[apitulo] cum om[n]e
v[ero] Jerosolimitane ecc[lesie] qui pane[m]
buccellam musto intinctum p[ro] totum
vinum p[ro]babant. Et aliqua p[ar]te
eius i[n] aqua lavabant tempore sacri
ficii et offerebant. ¶ Item ecc[lesi]a q[uod] aq[ua]
vino apposita non convertitur i[n] san
guinem nisi p[ri]us versa sit i[n] vinum
s[ecundu]m Ric[hardum] et Scot[um]. Si enim i[n] calice
maneret vinum et aqua seorsum
ita q[uod] neutrum mutaretur i[n] natura[m]
alterius ut fieret aliquod unu[m] tercium
ex eis sola vini substancia per
formam consecrationis sanguinis tu[n]c
mutaretur i[n] sanguinem aqua mane
te non conversa. Patet g[ener]al[ite]r q[uod] materia
ne[cessari]a calicis e[st] vinum de vite et
non vinum artificiale seu de a[liis] fr[uc]
tibus expressum. Nec refert an sit al
bum vel rubeum. spissum seu tenue
dummodo sit verum vinum quo ad ef
fectum sacri. (?) rubeum tamen vinum
sit eligendum p[ro]pter expressionem simi
litudinis sanguinis. ut e[st] de ne[cessi]tate
sacramenti q[uod] aqua vino appo
natur. ¶ Greci enim i[n] conficiendo
non apponunt aquam vino et tamen
vere conficiunt s[ecundu]m Innoc[entium] de
off[ici]o misse p[ar]te 3. Si g[ener]al[ite]r sacerdos
vinum sine aqua consecraret vere
conficeret sanguinem. q[uam]vis graviter
tamen peccaret si aqua p[re]ter
misset apponere vel contemptu
tradicionis ecc[lesi]e. Si v[er]o ex negli
gencia p[re]termittatur et illa ne
gligencia p[ro]venit ex libidine mortali
vel ex cupiditate oblacionum nimio
accelerat sacerdos ne p[er]dat
homines p[re]sentes et i[n] tali accel
leracione p[re]termittat aquam mor
taliter peccat. Si v[er]o p[ro]venit ne
gligencia ex libidine veniali vel
si vacando verbis ociosis vel
aliter consi[mi]li p[re]termittat aq[uam]

peccat mortaliter (?) venialiter. Si v[er]o
p[ro]venit ex intenta meditacione
legis dei huiusmodi p[re]termissio aque non
e[st] peccatum. Sed tu[n]c [illegible] recog
noscere q[uam] beatam mensam e[st] ibi
culpam agnoscere. v[el] culpa non est
s[ecundu]m altissiodorensem li[bro] 4o. c[apitulo] 2. i[n] canone
q[ue] di[cit] ad huius. aqua autem e[st] vino
apponenda tu[n]c q[ui]a p[er] vinum aq[ua]
mixtum consequamur et disput...
sine tradidit sic dicit damasc[enus]
li[bro] 4o. tu[n]c q[ui]a ex latere x[risti] i[n] cruce
exivit sanguis et aqua. tu[n]c 3o q[ui]a
cu[m] aqua vino miscetur i[n] calice
misterio signatur p[o]p[u]l[u]s x[risto] unitur
p[er] fidem et digna sacri p[er]cep[tion]e
aquam ecc[lesi]a vino misceri i[n] calice
ecc[lesi]a statuit et precipit. de con[secratione] di[stinctione]
ii. c[apitulo] cum omne et c[apitulo] i. Et licet sac[er]
dos vendit aquam ecc[lesi]e appositam
vino i[n] dolio vel i[n] barello non
tamen unq[uam] sed aquam imponere illo
vino i[n] calice q[ui]a p[ri]ma aqua non
fuit imposita ad significandum misterium
q[uo]d regulariter significat aqua appo
sita ad vinum i[n] calice. s[ecundu]m Ric[hardum]
de q[uo]d di[stinctione] xi. ¶ Item non (?) q[uod] de
aceto non p[otes]t confici sanguis
q[ui]a non e[st] vinum s[ed] fuit vinum.
intelligas de aceto complete
q[uo]d non e[st] de sp[eci]e vini. q[ui]a tu
le acetum e[st] effectus frigidum
vinum effectivus calidum de
et acido q[uo]d non complete mu
tatur i[n] acetum p[otes]t confici s[ecundu]m
tho[mam]. et alie dicit q[uod] lo[quitur] de co[nsecratione] di[stinctione]
2a c[apitulo] 2o. q[uod] de aceto q[uo]d fiat
s[ed] acetum illud factu[m] fuerit
vino aliter non q[ui]a p[ro]p[ri]e e[st] ead[em]
s[ed] h[oc] non puto verum q[ui]a vinum et
acetum non sunt eiusdem sp[eci]ei sic
animal vivum et animal mortuum non
s[ecundu]m p[hi]l[osoph]um 8. metaphisice. non e[st] [illegible]
fit acetum q[uod] ex vino fit mu
tatum. s[ecundu]m tho[mam] sup[er] 4. ¶ Item
de agresta non conficitur. i. de

suco uvarum maturarum quia non
est vinum proprie per maturacionem pos-
sit confici vinum non differt ab agres-
ta a vino sicut completum ab
non completo in eadem specie sed species
sicut differt sanguis a carne
sicut per complementum digesti-
onis in una convertitur in vi-
num. ¶ De musto bene potest confici secundum
Innocentium parte 3a de officio misse
sed non potest confici de racemis
uvarum maturis quia vinum con-
tinetur in potentia racemi
magis habent rationem esibilis quam potabi-
lis sed si uve fuerint botrus
suos racemis in calicem exprimat
de vino expresso conficiatur. Pro-
hibentur enim sacerdotes con-
iungere uvas in sacrificio obla-
tas. De con. di. 2 Didicimus. Alii di-
cunt quod si uva integra consecra-
retur quod humor contentus in
folliculo uve converteretur in
sanguinem, sed tamen qui sic faceret
graviter peccaret. ¶ Item nota
quod si ex negligentia una gutta vel
modica quantitas vini pona-
tur ad sanguinem, species sanguinis
maioris quantitatis non muta-
tur gutta illa sive modica quan-
titas in sanguinem nec eque sed tamen
ita manet in sua natura. Si autem in tan-
tum apponeretur vini gutta vel mo-
dica particula specierum vini conse-
crati sicut fit in ablucione, tunc de-
sinit ibi esse sanguis quia illa modica
particula specierum vini convertitur di-
minuitur in partes tam parvas ut
dispersio per vinum commixtum quod
in nulla earum salvatur post sacrificium
secundum Ricardum. ¶ Antiqui dixerunt
quod quantumcumque adderetur de
vino manet corpus Christi non
sub speciebus vini superadditi sed
sub speciebus vini primo commixti.

Si autem adderetur liquor aliquis
aliquis in tanta quantitate quod
virtus eius plene mutaretur
et dimitteretur super species vini con-
verterentur species vini in suam naturam
et desineret ibi esse sanguis Christi.
Si autem tam modicum liquoris
alterius adderetur quod virtus
activa specierum vini super eum pre-
dominaretur tunc species ille con-
verterent liquorem illum in vi-
num et sanguis remaneret
sanguis Christi semper sub speciebus pri-
mis. Si autem tantus liquor appo-
neretur quod virtus illius et virtus spe-
cierum sint proporcionata propter por-
cionis convenientiam mutua acci-
o et passione que requiruntur ad
veram mixtionem resultaret una
nova tercia quasi neutra [illegible] species
quedam et sic desineret ibi esse san-
guis quia ad destructionem specierum conse-
quitur hoc cum gradualiter tamen
et quamdiu manent species panis
in talibus disposicionibus quae non re-
pugnarent naturaliter pani,
sicut adest et species vini sub dispo-
sicionibus que non repugnaret
vino si adessent manent sub aliis
speciebus corpus Christi et sanguis eius sed
si incipiunt sub disposicionibus oppositis
sicut corrupte desinunt sub illis
speciebus esse corpus et sanguis Christi.

Primo quoad formam

verborum sacramentalium notandum
quod hoc sacramentum non habet aliquam variationem
in forma sua sicut baptismus quia cetera
non sacramenta permanentia cum verba
non possint esse nisi in successione
ipsa tamen consecracio huius sacramenti
consistit in instanti et requirit certam
formam verborum. Item in dicto sacramento
quod sit forma consecracionis quia

est confectio sacramenti. ¶ Forma verborum huius sacramenti consecratio huius sacramenti est panis est hoc est enim corpus meum ~~corpus meum~~ sed usus ecclesie, quod sacerdos dicit enim non est de substantia forme tamen apponi debet unde presbyter scienter omittens mortaliter peccaret. Sic non est verba canonis precedentia formam, verbum nam sequitur, sicut est hoc est corpus meum ut dicitur quia sunt reliqua ad laudem dei dicuntur. Dicit scotus dis. 8. quod quamvis verba canonis que precedunt verba consecrationis et etiam verba sequentia non sunt essencialiter pertinencia ad veritatem consecrationis sunt tamen omnia non pretermittenda et subtrahenda. Unde non sine causa ut dicit innocentius incepit ecclesia totum canonem misse quod ab illo loco communicantes usque ad locum illum post consecrationem supplices te rogamus non est aliqua oratio que non coniungitur cum precedente ut communicantes copulativa ut hanc igitur oblationem etc. ut quam oblationem etc. et qui pridie quam pateretur et post consecrationem iterum supplices te rogamus etc. ut per relationem ut simili modo etc. Ex quo sequitur valde periculosum aliquid de serie verborum canonis omittere non prolatum. ¶ Forma consecrationis vini qua consecratur sanguis est secundum aliquos hic est calix sanguinis mei. Aliis probabilius videtur ut dicit Thomas quod ut sit adequata et completa forma consecrationis vini hic est calix sanguinis mei novi et eterni testamenti misterium fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Cum illa verba novi testamenti certa scriptura non instituant

nona constitutionem orationem sed sunt determinaciones predicti orationis precedentis et condiciones appositie ad subiectum vel predicatum locucionis sunt de eius integritate ideo omnia verba predicta videntur ad formam integritatis pertinere. ¶ Quamvis ergo non multum moveat ut ostendit scotus di. 8. tamen quia non est verbis certitudinaliter traditum an tota illa series verborum dicta a principio usque in remissionem peccatorum inclusive sit necessaria forma consecrationis an solum ista verba hic est calix sanguinis mei. Non est periculosum est aliquid asserere de quo sufficientem auctoritatem non habet. Et subdit scotus consulendo ut sacerdos intendens consecrare legat distincte verba canonis a principio usque in finem et tunc vere consecrat. Unde ut dicit in quolibet sacramento semper quod est forma sacramenti sufficiat una forma quam tradit ecclesia. ¶ Et si queratur quare verba ponuntur in canone misse que nullus evangelista posuit ut in elevatis oculis ad celum etc. novi et eterni testamenti misterium fidei dicatur quod nota dixit ihesus et fecit que non sunt scripta sunt ab apostolis et consequentibus ecclesia de familiari consilio spiritus sancti supplendum quod evangeliste non dixerunt. Et sic verba predicta que ex locis aliis scripturis collata dicit evangelistarum addiderunt ut notatur extra de ce. misse cum marthe. ¶ Et quia nullus evangelista tradidit completam formam consecrationis que utitur ecclesia dicitur quod per nullius eorum verba

& cum debita intencione prolata fieret
consecratio quia euangeliste non in-
tendebant secundum istos tradere con-
secrationis formam sed narrare facti
historiam. Alii dicunt cum quibus
concordat hic doctor quod per qualemcumque formam
tradita ab apostolis vel euangelistis
posset confici quia omnes forme licet
sunt eedem in sententia. Aliqui vero di-
cunt quod tunc non conficeret nisi
uteretur forma a beato paulo apostolo
lis tradita, scilicet Hic est sanguis
meus noui testamenti qui pro nobis
et multis effusus. Nobis autem latinis
non licet uti nisi forma superius scripta
que habetur in canone misse quia conse-
crationis et quia beatus petrus illam formam
tradidit secundum ecclesie consuetudinem tra-
dente secundum expressissimum est. ¶ Et non
quod in forma qua nos utimur dici-
tur Hic est calix sanguinis mei, quod sic
exponens, id est sanguis meus in cali-
ce posito continens pro contento.
Mattheus autem et marcus dicunt
Hic est sanguis meus noui et eterni testamenti. Sub
intelligere consecratorem sive dedi-
catorem noui testamenti secundum glosam super
dicta verba quia veteris testa-
mentum dedicatum fuit sanguine
hircorum et vitulorum, nouum
autem testamentum sanguine proprio christi.
Mysterium fidei, id est hoc secreta et ab-
scondita intelligentia fides tene-
tur. Dicitur autem mysterium fidei quia
aliud ibi creditur quam cernitur.
Cernuntur species panis et vini, sed
creditur veritas corporis et san-
guinis christi ut habetur extra de ce. missa-
rum cum marthe. Qui pro vobis et pro
multis effundetur, id est pro vobis
dicit non pro omnibus, quamvis eius san-
guis pro omnibus fuerat quo ad
sufficientiam, non tamen omnes perceperunt
in suscepto efficaciam. Et non putare
quod soli gentium iudeorum proueniat
huius effusionis effectus in perpetuum

discipuli sunt quia erant de genere
iudeorum. Propterea dixerat pro vobis. Con-
tinuo subiungit et pro multis, scilicet popu-
lo de gentibus. In remissionem peccatorum
non potest intelligi vel quia est primus effectus
huius sacramenti sed erat effectus passionis
propter quod per consecrationem sanguinis ex-
primitur. ¶ Quamvis huius sacramenti
sit duplex forma consecrationis
una qua panis conuertitur in corpus
christi et non in sanguinem eius vi verborum
nisi forte per concomitantiam intelligatur,
altera per quam conuertitur vinum in san-
guinem christi et non in corpus nisi per con-
comitantiam, et prima tota et comple-
ta operatur suum effectum licet per se sine secunda al-
terius. Adoratur hostia consecra-
ta ante consecrationem sanguinis esset
prolata, non tamen sunt ibi dicenda
duo sacramenta sed vnum vnitate per-
fectionis sive integritatis quia ad eius
integritatem requiruntur plura,
sicut domus dicitur vna vnitate in-
tegritatis, sed non est vnum sacramentum vni-
tate indiuisibilitatis seu continuitatis,
ut dicitur circa principium huius partis.
¶ Circa formam predictam
considerandum quod verba quia si muta-
rentur in alia verba eiusdem
sensum haberent, videretur non con-
ficeretur secundum alanum in libro de mis-
sa ut licet diminuendo alterata tamen
pauca variatio corrumpit. Et ad
idem sicut dicitur de forma bap-
tismi dictum est. Vel forte si adderetur
vel simpliciter aliquid tollitur adda-
tur quod significatio non mutatur neque
expositio includat, ut si dicatur
Hoc est enim corpus meum sanctum siue
immaculatum. Sed huiusmodi sic qui sic
faceret grauiter esset corrigendus
vel tamen conficeret. ¶ Et si quo-
ratur cum dicitur Hoc est corpus
meum quid demonstrat per pronomen hoc
dicit quidam quod fit demonstratio ad in-
tellectum in specie ad [illegible] [illegible] obliquo

ut sit sensus hoc sub hac specie panis
est de proximo futurum corpus
Christi. Dicit preterea hoc monstra
tive illud quod per instanti complete
demonstratio et pronunciationis
formis requisitis erat sub speciebus
panis et sic demonstratio per
tinet ad sensum et ad intellectum non
distincte ut dicit Ricardus sed deter
minate pro illo quod erat sub speciebus
panis in illo ultimo instanti et sic intelligo
non est vera de virtute sermonis
aliter sequeretur confusio. Unde possum
dicere secundum eum quod illa non est forma sa
cramentalis ut est de virtute vera nec
ut oratio falsa sed ut talis signum sen
sibile precedens tempore et natura sa
cramentalis veritatis sic est secundum ordinem
precedit causam. ¶ Item non est quod
iste propositiones sunt false. Corpus Christi est
panis vel fuit panis. Panis
est corpus Christi vel erit corpus Christi et alia
huiusmodi ut predicatur panis aut hu
iusmodi de corpore Christi vel sanguine cum
verbis essendi coniungamus fieret
verbis temporis sed cum verbis designa
tionibus motum formatur propositiones
verbo ut panis convertitur in
corpus vel de pane fit corpus
Christi et cetera. Transsubstantiatio patitur magistratus
et hunc sit de ipsa forma existente
cum speciebus non de corpore Christi. Et
unde sequitur illud quod continuatur
sub una particula hostie sit idem
quod continuatur sub alia non tamen
quod particula est illa et sic omnes partes
communicantes sunt unum corpus
Christi quamvis tamen corpus accidentaliter sint
species sunt divise. ¶ Item non
quod materia panis per conversionem con
vertitur in materiam corporis Christi et forma pa
nis in formam corporis Christi non in animam intel
lectivam que est forma ultima per quam cor
pus habet esse completum sed in formam
corporeitatis per quam corpus. Habet esse cor

pletum et sic tota substantia panis
transit in totum corpus Christi ut dicit
Ricardus et Scotus. Contra eos qui ponunt
unam formam solam substantialem
in homine difficilius est una dis
ponendi solvere. ¶ Post conse
crationem itaque non manet substantia pa
nis quidquid nomen recentes fa
bulantur nec aliqua substantia quam non
sit corpus Christi sub speciebus panis nec
substantia vini aut alia substantia quam
sanguis Christi sub speciebus vini. De co
de. i. nostro aut hoc est totum
doctores et instruit ecclesia catholica
fide regulata quamvis secundum ce
teri regulata quoniam sunt sed
magnus in hiis que sunt
et cetera quas asserunt factores veritatem
nec ab eis determinatores licet de
clinare fantasiis propriis theoricis

In hoc sacramento con
fectione requiritur debita inten
tio consecrandi sicut facit
quod facit ecclesia. consecrando inten
tio specialis vel generalis sicut
dictum est de baptismo sed non requi
ritur necessitate consecrationis atten
tio. i. actualis consideratio. quia
cum mens conficientis rapitur
aliunde in consecratione verbo
rum quod contingit ex infirmita
te nostra ex negligentia vel temptatione
tamen peccat sic rapitur et tamen
conficit secundum Thomam de virtutibus.
¶ Est pro intentione requisita
in consecratione nota secundum Scotum
quod. i. intentionem aliam actu
alem aliam habitualem aliam virtualem
prima est quando mens intendit et finem
actualis intentio est actualis con
sideratio et dicitur attentio. Ille enim
actualiter intendit finem attendit
dicit quia habet actionem elicitum pro illo
fine eius habitualiter intendit. Quod qui
habet habitum inclinantem in actionem
intendendi dicitur. Alia quia in qua fine perfecte

intendit ipse primo modo et magis proprie
quam 2o modo. Intendit virtualiter id
quod intendit explicite cum primo ac-
cedens ad altare actualiter in-
tendit celebrare. Postea tamen
per consecrationem est distractus
ad alia tamen non habet actualem inten-
tionem quia impedit distractio nec
simpliciter habitualem quia talem habet dor-
miens. habet igitur intentionem medio modo se
habentem. virtualem quia in virtute intentionis
non actualis de principio procedentis
tota fuit cum quod sequitur continuatio con-
secrationis ac si ab una radice pro-
cederent. secundo igitur requiritur in
consecrante intentio actualis
continua. quia non obligantur deus
homines ad impossibile sed nimio dif-
ficile cuius est non distrahi, cum secundum
augustinum 3 de libero arbitrio secundo est
in potestate nostra quibus visis tangamur
non sufficit intentio mere habitualis
ut dictum est supra tercio capitulo 2a conclusione
¶ Requiritur igitur intentio vir-
tualis relicta ex actuali intentione
non prima consecrandi non sufficit
intentio consecrandi absolute
sed oportet quod sit conformis intentioni
sacramentum instituentis / unde si sacer-
dos panem vellet consecrare
ut sacratus uteretur in vene-
ficiis vel ut ipsum proiceret in lu-
tum aut [illegible] irrisione vel ut
ad decipiendum fieret sacratus non
consecraret secundum quosdam quia non
est verisimile christum dedisse talem
potestatem sacerdoti in prudentiam et [illegible]
usurpandi sacramentum / alii dicunt quod si sacer-
dos sub debita materia forma ver-
borum proferens ad conficiendum
institutam intendens explicite
vel implicite quod hoc conficere corpus
christi quamvis ulterius intendit irreve-
renciam vel decipere sacramentum non [illegible]
dit. Sacramentum [illegible] fidelibus
[illegible] tamen confit / actum tamen sua ledit

potestate [illegible] tradita abutendo. hoc [illegible]
¶ Item sacerdos potest tamen de pa-
nibus turbatis quia intendit trans-
substantiare dum tamen tot id presentes
sit cum eo / secundo eum potest sacerdos
[illegible] ut in [illegible] substantiare
[illegible] panis sed in [illegible] vel [illegible]
ad hoc [illegible] forma consecrationis
non extendit [illegible] de-
monstrationis in ea potest sufficientis
aliquo modo demonstracionem [illegible]
[illegible] non pronominis demon-
strativi. dicit petrus de [illegible] quod sacerdos
potest consecrare simul quotcumque
panis materia. dummodo intendit
conficere ad usum spiritualem ali-
mentum fidelium sed si [illegible] inten-
tio generalis vel specialis non potest quia
deficit intentio faciendi quod facit
ecclesia / dicit hugo de sancto victo-
re quod sacramentum [illegible] putat si [illegible]
institutionem celebret. ¶ Item
si aliqua hostia non consecrata
remanserit in altari ex oblivione
dum sacerdos conficit [illegible] ipso
ignorante vel sciente sed non
intendente eam consecrare. illa
hostia non consecratur quia de
eo non intenditur. ¶ Idem de gut-
ta [illegible] adherentibus pede
calicis vel pluribus guttis con-
similiter est dicendum ¶ Item si
sacerdos proferens verba sa-
cramentalia intenderet con-
secrare determinate unam me-
diarum hostiarum. scilicet illam medi-
am versus dexteram et non [illegible] vel deter-
minatam mediarum versus sinistram
et non aliam [illegible] est quod conse-
craret istam mediarum [illegible] quam
secundum suam intentionem et non alteram
Si vero sic confuse intendat unam
mediarum hostiarum consecrare quod [illegible]
ad [illegible] distincte [illegible] deter-
minaret neutram consecrat. Similiter
cum [illegible] non est [illegible] singularia

vaga. sed determinata. ¶ Item si sa-
cerdos hereticus credens sacramentum
eucharistie non valere ad salutem
habeat intencionem generalem faciendi
quod Christus instituit et hoc sacramentum
faciendi et quod facit ecclesia licet
non intendat in speciali conficere
corpus Christi vere conficit licet non or-
dinate ut capitulo 2o huius particule
dictum est. ¶ Item de lege communi non
debet super eandem materiam fore consecra-
cio nisi ab uno solo sacerdote et
sic procedit. Ex causa tamen speciali quan-
que licitum est eam pluribus simul pro-
ferri sacerdotibus a quolibet scilicet tamen
ut cum papa celebrat cum assistenti-
bus scilicet presbiteris cardinalibus et con-
celebrantibus. ut cum episcopus celebrat
ordines conferendo et sacerdotes
tunc ordinati secum concelebrant
secundum quosdam. Illi concelebrantes
non debent habere intencionem faciendi
nisi sub condicione. scilicet si principalis
celebrans debitam intencionem
celebrandi non habeat aut formam
debitam non observet. ¶ Innocentius dicit
quod omnes celebrantes debent proferre
recte referre intencionem suam ad in-
stantem quo papa vel episcopus verba pro-
ferat et sic per unitatem intencionis
est ibi una tantum consecracio. Alanus
dicit quod plures sacerdotes non
debent nec possunt eandem materiam con-
secrare. Alii dicunt quod illi concele-
brantes cum episcopo non debent
verba proferre cum intencione con-
secrandi sed solummodo ea materialiter
quasi recitative ad repraesentandum quod
Christus hanc formam verborum tradidit
discipulis suis tamquam eos ordinans et potestatem
tradidit consecrandi. ¶ Item non
quod si sacerdos celebrans probabiliter
timeret se verba consecracionis
sed non dixisse tunc prius hostiam bene
ut post nullam faceret sa-
cramenti iniuriam. Si verba consecracionis
proferret non attendens absolute
conficeret sed sub condicione impli-
cita si hostia prius non fuerit con-
secrata. De hoc plenius dicetur
capitulo proximo.

Licet circa consecracionem

eucharistie multi casus contingere
possint dubii et periculosi quia
tamen non occurrunt tamen quid et qua-
liter agendum sit in frequentius ac-
cidentibus in hoc capitulo est dicendum. Si
sacerdos post missam inceptam subito
seu gravi infirmitate seu subi-
to impeditur ita quod missam inceptam
perficere non poterit et nesciat an
hostia fuerit per eum consecrata vel
non debet hostia reservari cum debita
reverencia et aliquis sacerdos in missa
sua post sumpcionem corporis et sanguinis
illam hostiam recipere sub intencione
condicionali. scilicet tali. Si hostia est
consecrata recipio ut consecra-
tam, si non recipio ipsam non ut con-
secratam. scilicet ut talem de quo est
incertum. Similiter si dubitet de san-
guine scilicet an sit in calice vel alia
sit sanguis an vinum non con-
secratum in vase mundo debet reser-
vari et ab alio sacerdote sumi post
communionem immediate et ante ablu-
cionem sub intencione condicionali
ut dictum est. Sed et si sic recipi
periculum quia sacerdos sumens est
ieiunus ante sumpcionem ablu-
cionis et si non sit corpus Christi vel
non sit sanguis Christi illud quod sic reci-
pitur non facit irreverenciam
corpori Christi et sanguini in ea percipiens
est talis hostia adoranda nisi
in tali casu adorandum nisi sub tali con-
dicione si vere consecratum est
debet iterum consecrari sub condicione
quia nullum sic imminet periculum
saluti si non iteretur consecracio.

nec absolute nec sub condicione secu-
tatem de sacramento baptismi ut superius
dicebatur supra eodem. di. 8. q. 2. Si ad
certum esset primum sacerdotem antequam
defecisset consecrasse corpus et sangui-
nem possit alius sacerdos vel ille de-
fecit incipere et missam perficere non
a capite inchoando. Et sic intelligitur
illud quod dicitur de. c. i. ut/ cum a sacer-
dotibus missarum tempore sacra mysteria
consecrantur. Si ex egritudine acci-
derit cuiuslibet euentu ut ceptum ne-
queat consecrationis implere misterium
liceat episcopo vel presbitero alteri consecra-
tionem exequi cepti officii. Si autem certum
sit primum sacerdotem antequam defecerit
corpus consecrasse et non sanguinem
debet nova hostia accipi et totum a ca-
pite consecratio inchoari quia
consecratio corporis et sanguinis ad
unum pertinet sacerdotem et ab uno
debet perfici et alia hostia per primum sacer-
dotem consecrata cum sub. [illegible] vel sit
corpus [illegible] eo quod consecratio corporis
consecrationem sanguinis non expectet
debet ad usum infirmorum reser-
vari vel a secundo sacerdote sumi post
[illegible] et cum ablucione. Sed Ray-
mundus dicit quod in hoc casu alius sacer-
dos debet ab illo loco consecrationem
sanguinis incipere et quod perficere et
hostiam per primum sacerdotem conse-
cratam cum sanguine quod ab ipso
[illegible] consecrato sumat et missam
debite terminare. Prima via magis
[illegible] placet propter unitatem sacramenti et
[illegible] et propter connexionem verborum
canonis. Dicit Alanus in libro
suo de missa quod si contingat sacerdotem
defecisse ante canonem misse debet
alius sacerdos missam reincipere
et peragere. Si post canonem inceptum
et in aliquibus signis iam factis super
[illegible] si ante transubstantiationem videretur ei
quod alius sacerdos debet reincipere vel
[illegible] cessavit non a capite canonis

[illegible] duas causas. Primo quia ipsa ma-
teria non transubstantiatur recepit tamen
ex verbis et signis precedentibus sanctitatem
ex qua efficitur ydonea magis
ut in corpus Christi et sanguinem mutetur
et ideo non iteranda sunt super eadem ma-
teria sicut [illegible] ... verborum tamquam
verba et signa a primo sacerdote pro-
lata et facta nulla efficacia huius
sint. 2o quia [illegible] astantes verba et
signa canonis iterari apparerent
si videret ea tam facile repeti
ac si prius facta viderentur penitus
adnichilata. Sed intelligenda sunt ut
puto vel prius defecit et cessavit in
fine sermonis completo et perfecto
aliis incipit 2us sacerdos a capi-
te sermonis prius non completa
dimisit sicut innuit glossa. Et q. [illegible]

Si autem sacerdos in ipsa pro-
lacione verborum que sunt de substantia
prolacionis consecrationis hostie
deficiat ita ut non totaliter pronun-
ciaret consuluit aliquis quod hostia
illa cum reliquiis servaretur et
consimiliter consuluit de vino calicis
vel sacerdos deficit in prolacione
verborum que sunt forma consecrationis
sanguinis ipsis non plene prolatis
vel quod reliquiis servetur. Sed melius
videtur michi quod fieret de ipsa materia
calicis sicut in fine huius capituli dictum
est in casu ubi dubitatur an hostia
sit consecrata vel non. c. Si quando
post canonem et ante perfectionem calicis
ut ibi dictum est et hoc propter faciliorem
huius materie purificationem si diu
servaretur. Innocentius dicit extra de
sacra. ca. presbiteri quod in hoc casu ibi
c. si defecerit sacerdos in prolacione
forme consecrationis hostie alius sacer-
dos debet incipere in tempore predicto quia
per simplici super eandem materiam et omnia
sequencia perficere cum in casu quo
sacerdos in missa ex egritudine in-
cipiat postquam canonem inceperit/

consilium est ut sustentus se quiescendo
super altare vel sedeat donec co-
valescat et postmodum incipiat ubi
dimisit si forte in fine operis co-
plete cessauit ut dictum est. Si vero
ra egritudinis fuit magna, si ad
nullatenus ceptum officium complere
sufficiat induatur alius sacerdos
et incipiat ubi ille dimisit si ita cer-
tus ubi dimisit indicatus poterit
sumatur vel credit per aliqua signa
prius dimisisse. Si autem non sit pre-
sens alius sacerdos expectetur
usque in crastinum et clerici qui offi-
ciant sacerdoti infirmo indi-
care poterit alteri sacerdoti pro-
ut poterit ubi debet incipere. ¶ Si ad
periculum ignoretur an egrotans
dimisit ante consecrationem vel post
quia periculum est iterare verba sa-
cramenti vel pretermittere, incipiet
alius sacerdos materia nova et
incipiat ibi: Hanc igitur oblationem, refe-
rans pro parte usque ad post consecrationem
ut in principio huius capituli dicebatur.
In casibus huiusmodi debent ministri alta-
ris esse valde diligentes et no-
tare prospecti sacerdotis et diligenter
considerare processum sacerdotis
ut si forte aliquid omisit id per
aliquod signum poterit intimare
et eo alteri ubi dimisit si eum con-
tingat egrotare. ¶ Item presbiter
potest supplere missam ab episcopo incho-
atam si episcopus fuerit infirmitate vel
alio impedimento legittimo impeditus
et hoc si presbiter sit communiter aliter non
sed nec in aliquo casuum predictorum et
suppletio talis fieri debet ante ho-
ram diei nonam ut l. q. s. ut in
florentino. Et licet unus sacerdos mis-
sam ab alio inceptam in eadem neces-
sitate poterit supplere ut dictum
est ubicumque reperitur ut nullus absque
patienti generentur molestie misse
ut sacerdos qui incepit cessat offi-
presumat eos relinquere. Signo
ipse tam ingrato presumpsit qui
sumitur sustinebit. S. q. i. ut s. n.
¶ Quid si sacerdos postquam inci-
pit canonem misse perpendat ma-
teria hostie esse indebita. Dicit quod
quod si hoc perpendat ante eius conse-
crationem illa hostia amota altera
apponet et a capitulo canonis in-
choabit. Si post consecrationem, primo
et ante consecrationem vini hoc ad-
uertit debet simul alia hostia ap-
ponere prius amota et reincipere
a capitulo canonis dicto modo et hos-
tia prior sumenda debet a sacerdote dic-
to modo post sumpcionem sacramenti ante pu-
rificationem. Si autem hoc post perpende-
rit post sumptionem illius hostie et eius sum-
pcionem non debet illam. Dicitur alia hos-
tia consecrare quia communiter non est
si debet de negligentia penitens et con-
fiteri. Si autem hoc perpendat post sum-
pcionem hostie et ante sumpcionem sanguinis
cum crimen fudit quod sanguis ab eo
non debet recipi quia communiter non est
sed ab alio debet sumi vel reddentur
fundi. Alii dicunt quod ipse met
tunc debet sumere quia hic est casus
necessitatis et in casu necessitatis non
unum potest concurrere. Tho. in 4. ubi
prius circa finem dicit quod in hoc
casu debet ponere alia hostia con-
secrare et sumere, quia precepta
de perfectione sacramenti maiora
et ponderis quam precepta
sumptionis a ieiunio. ¶ Si autem
sacerdos ante consecrationem panis
perpendat in calice non esse ma-
teriam debitam ministratam debet illam a-
mouere et debitam apponere et
a capitulo canonis reincipere.
Si autem debita materia haberi
non poterit utrumque ad consecra-
tionem hostie non procedat quia con-
ficientes autem utraque sacra-

debent percipere aut ab integris
accedatur. Si vero sacerdos perpen-
dat materiam indebitam esse appositam
post consecrationem panis et ante con-
secrationem calicis de materia convenien-
ti apponi si habere poterit et sublata
sic reservata prius ut seorsum de-
inceps ab eo loco simili modo. Et licet
alia non quamvis nullatenus pro-
tunc habere possit non tamen de omit-
tere corporis sumptionem. Et conti-
de sua negligentia esse proposito con-
fitendi. Si autem 2o perpendat mate-
riam calicis indebitam post consecrationem
panis et etiam calicis tamen ante sumptio-
nem corporis tunc de simili modo mate-
ria convenienti et alia prius ponderet
in vase honesto reposita et re-
